This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 2044 011 261 443

HARVARD COLLEGE
LIBRARY

FROM THE FUND OF
CHARLES MINOT
CLASS OF 1828

SORANI
GYNAECIORUM

VETUS TRANSLATIO LATINA

NUNC PRIMUM EDITA

CUM ADDITIS GRAECI TEXTUS RELIQUIIS

A DIETZIO REPERTIS

ATQUE AD IPSUM CODICEM PARISIENSEM

NUNC RECOGNITIS

A

VALENTINO ROSE.

(CUM 2 TAB. LITH.)

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXII.

Gr 36. 15.

HARVARD COLLEGE LIBRARY
JAN 23 1884
Minot fund

31139
A.T. 139
13

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Conradus Gesnerus Turicensis aliquot annis ante mortem qua praematura litteris ereptus est (13. Dec. 1565) paene quinquagenarius, cum Augustanae urbis bibliothecam perlustraret, manuscriptum repperit *Μοσχίωνος* cuiusdam librum *περὶ γυναικείων παθῶν* (nunc cod. Monac. 511 chart. s. XVI), quem ut ederet senatus permissu ablatum mox propria manu „reversus" descripsit atque emendavit.[1]) in quo negotio adhibuit eiusdem auctoris codicem latinum (nunc Hafniensem = h), quem (post inventum graecum[2]) „inspiciendum" miserat Michaelis Isingrini gener Thomas Guarinus Belga typographus Basileensis. eodem deinde „diversorum autorum" libro latino usus est anno 1564[3]) ut „Harmoniam" suam Gynaeciorum conficeret Casparus Wolfius Gesneri et discipulus et in munere academico successor, cui mox et ipsum graecum Moschionem cum aliis scriptis suis imperfectis (botanici inprimis operis apparatu celeberrimo) moriturus ille reliquit, parum quidem ad hunc laborem sufficienti, nisi quod Moschionem a Gesnero emendatum cum Gesneri adnotationibus, ad calcem corporis Gynaeciorum una cum veterum illorum auctorum harmonia (anni 1564) Wolfiana a Guarino Basileae a. 1566[4]) impressi, revera edidit, scriptorem non „Graecum recentem", sed Latinum a Graeco quodam recente, ut ferebat aevum talium versionum ferax (cf. Hermes II, 146), verbotenus cum scribarum latinorum vitiis omnibus translatum, adeo insulse ut, licet Graecus[5]), vel graece exercitii causa balbutientis hominisque latini speciem gerat interpres saeculi XV. unde non immerito iam Gesnerus in notis exclamavit (p. 57) „quaedam eius modi in hoc libro occurrunt, ut ex lingua Latina ab aliquo

Graecae linguae non satis perito translata in Graecam videri possint. cap. 133. ubi Graece θερμότης, id est, caliditas legitur: in translatione est callus: et quidem melius ut videtur. cap. 138. παρεχόμενά εἰσι, adhibenda sunt: et λάμνεια, lamina: ῥητέα ἐστὶ, pro εἴρηται". attamen haec non Latini sunt linguae parum periti, sed Graeci latinae linguae imperiti et adversus proprii sermonis naturam latinizantis cum codice latino quem habuerit corrupto obscuroque saeculi fere X vel XI, non ipso quidem quem tenemus Bruxellensi (b) sed Bruxellensis simillimo. itaque omnis illa Moschionis „Graeci" vana species est non tam consilio quodam ipsius interpretis nata quam aut librariorum aut lectorum incauta opinione.[6]) iam igitur quod per tria saecula litteras turpavit concidat Gesneri inventum, resurgat Muscio.

Muscio vel (ut antiquissimus codex habet) Mustio, qui in praefatione translatorem se profitetur graeci operis, uno codice Hafniensi testante (quem non intellexit Gesnerus in ipso nomine corruptum) Soranum transtulisse intelligitur „secutus soronum"[7]), ita quidem ut ex Sorani partim brevibus Responsionum medicinalium libris (Anecd. II, 166. 168. 172. 174. 179) eis qui erant de muliebribus partim ex uberioribus de eadem re commentariis corporisque de universa medicina multo postea compositi vel ut ipse ait „Triacontados" (triginta sc. librorum[8]) parte ultima (Cael. Aur. p. 252 cf. Sor. gr. II, 12, 46) epitomam quandam conficeret libellis duobus comprehensam obstetricumque usui omissis eis destinatam quae eruditionem saperent et historiam. hic Muscio Afer erat (cf. ind. s. zenzur, gingar, boba), sicut Afri erant saeculo quinto Caelius Aurelianus et Cassius Felix graecorum medicorum interpretes et si non sectae nomine tamen aetate atque sermonis usu inter se coniunctissimi, Siccensis ille et methodicus, hic logicus „artensis" i. e. (ut significavi in praefatione libri nuper a me editi) Cirtensis[9]). ab utroque quam maxime differt Muscio alius sc. aut regionis aut

aetatis homo, ut puto recentior saeculi VI, cuius quamvis adhuc opusculum supersit non adhibetur tamen in vetere illa ipsius sexti saeculi Oribasii versione fere aequali quae ad regni gothici aevum referenda est „aliorum auctorum“ additamentis a translatore interpolata, sed innominatus potius exscribitur Caelius Aurelianus Sorani etiam in muliebribus interpres, cuius fragmenta fragmento (post Apulei herbarium) Leidensi saec. XIII a Luciano Müller primum monstrato, a me recognito (Hermes IV, 141) addita ad finem Muscionis nunc comportavi. duplex igitur extabat Sorani gynaeciorum versio latina, quarum altera periit, alterius per medias aetates ad nos propagata est memoria. nam Muscionem tractasse videntur etiam medici Salernitani quibusque in Celsi codice Florentino saeculi XI qui Muscionem continet gynaeciorum opus aliud debetur sex libris barbarice compilatum.[10]) Muscionem deinde saeculo XIII (praeter codicum excerpta[11]) inter auctores quibus usus fuerit testatur Simon Ianuensis[12]), testatur saeculo XV quae ipsum illum codicem Florentinum Francisco Philelfo visum expilat Sorani ad Cleopatram ficta epistola „ex bibliotheca Goldasti“[13]), testatur eodem saeculo Sigmundi ducis Bavariae 1460—67) medicus Iohannes Hartlieb in gynaeciorum tractatu germanico quem misit ad Fridericum III. imperatorem.[14]) hic enim quem alios quoque libros latinos in linguam nostram transtulisse notum est, Mustionis se librum habuisse contendit ipsamque tangit curiosam illam novamque (quae Sorani est ex capite *περὶ δυστοκίας*) schematum expositionem quibus infantes nascantur, cuius manifesto notitia deprehenditur in libro a. 1513 edito et ipso germanico qui mox „tota Europa distrahitur“ primo post Muscionem rei obstetriciae breviario Eucharii Rösslin medici Francofortensis aetate subaequalis.[15]) qui licet Muscionem numquam nomine appellaverit Avicenna usus aliisque ex longa consuetudine promptis, tamen primus quales ipsum Soranum *imitatus solus* tunc Muscio latinus habebat.

uteri muliebris imagines addidit situs infantis varios rudi exemplo demonstrantes.[16]) haec figurae 16 numero (vel 14, si pro uno sint gemellorum tria exempla) earum quas inter codices latinos unus adscriptas codex Muscionis Hafniensis servat (XV numero), nam reliqui duo laborem negligentes declinaverunt (id quod consulto se fecisse graeci codicis Soranei scriptor confitetur), certa quadam et ipsarum linearum ductarum et universae rationis, adiectae insuper explicationis similitudine memoriam servatam produnt. quae similitudo cum in novam ex Eucharii exemplo consuetudinem res abiret, in posterioribus partim eiusdem libri editionibus saepissime repetiti partim aliorum auctorum libris imitatorum quodam adornandi studio aliquatenus mox obscurata est. inter quos (a. 1554) fuit Jacobus Rueff Turicensis amicus Gesneri nostri, cuius commode mox accessit Graeculus ille quem vidimus. atque Gesnero quamvis erranti debetur quod Muscionis nomen apud Italos post a. 1300 paene extinctum, deinde cum Celso miro modo renatum saec. XV, duratura nunc litterarum notitia confirmatum maneat.

Muscionem autem hunc vel Mustionem, qui Sorani fuit interpres latinus, graeci operis licet de eadem materia duplicis etiam in rerum ordine textum secutum esse, hoc ut consentaneum ita ipso confitente manifestum est. sic enim ait II, 24: „subsequebatur schema de fistulis in matrice positis, quod schema transferre nolui, si quidem obstetricibus supervacue hoc insinuamus“ (cf. II, 4 extr.). in ipsis rebus quod hic illic quaedam discrepare videntur, hoc inde factum est quod in priore libri parte qua de conceptione et partu agit physiologice ex Responsionum libellis transtulit nunc deperditis, in altera autem qua de morbis mulierum, „quoniam omnium valitudinum speciales curas (isti libri) non habent“, iustos commentarios doctis hominibus scriptos supplementi causa excerpsit, neglecta scilicet interrogationum et responsionum ratione, *si unum capitulum* exceperis et graece et latine corrup-

tissimum de partu difficili. post quod repetit interpres argumentum de retentione secundarum bis textu paululum divergente nescio an ex duplici fonte positum. ego sc. cum eadem argumenti serie etsi non eodem ambitu eandem fere materiam in utroque opere tractasse videatur, non dubitavi ipsum graecum textum, cuius reliquias discerptas felicissimo olim invento Fridericus Reinoldus Dietz Parisiis repperit, ad Muscionis textum latinum quasi quandam normam denuo componere. in hac enim re falsus est Ermerins, qui ex Dietzii apographo imperite post mortem impresso capitula Soranea cum Aetianis (libri XVI) quae eadem docerent ad novam quandam et plenam muliebrium collectionem ab anonymo quodam composita primus exsecuit, orationem corruptam scite emendavit. eundem ego prout potui corrigens laborem repetivi et Aetii textu comparato graece inedito et quod neglexit Ermerins ad Dietzii apographum quamvis fidum denuo (a. 1878) nec sine fructu collato codice Parisiensi[17]) unico Sorani fonte. nam qui eiusdem collectionis particulam quandam eandemque continent (sc. codicis Paris. cap. 1—44. 55—67. 69. cf. not. ad ed. Dietz. p. 90. 161 et Erm. praef. p. CX) libri vitiis tantum modo aucti recentissimi Barberinianus et Vossianus, ipsius codicis Parisiensis apographa[18]) sunt in usum virorum doctorum et Latinorum a Latinis facta (saec. XVI).

Sed unde Muscionis nomen scriptori latino qui, licet in loco prorsus turbato nec graece nunc extante utpote ex responsionum opere sumpto, Muscionem ipse citet Graecum scilicet *Μοσχίωνα*. sic enim legitur II, 17, 8 „et haec sunt causae quas Muscion (sic cod. Hafn. ubi „ego mustio“ Brux. „ego muscion“ Laur.) et ceteri auctores voluerunt facere difficultatis partus. Soranus vero noster alias suggerit causas“. ubi codices bl qui ad exemplum praefationis „ego“ illud imitati intulerunt ne manifestae interpolationis rei viderentur vel correcturae prorsus ineptae, omiserunt quod certissimum est „Soranus vero“ legentes *pro „nostro“* Sorano. iste autem Moschion

qui revera etiam Sorano testis semel est in alio quodam graeci textus capitulo quemque idem Soranus in fragmento illo amplissimo de alopecia citat apud Galenum (XII, 416), Asclepiadeus fuit et Asclepiadis Bithyni doctrinae „corrector“ (Gal. VIII, 758), qui ex altero Asclepiade iuniore pharmacione (XII, 745. XIII, 528. 537. 646. cf. etiam 853) et ex Andromacho (XIII, 30 etc.) saepe in remediorum scripturis a Galeno citatur in t. XII et XIII (ed. Lips.).[19]) quod autem in capitulo de difficultate partus errore natum falsumque est scriptoris testimonium, hoc ubi certum est in praefatione fictum esse prompta est suspicio, quae tamen vix ei congrua fuerit qui alieni operis translatorem se gerat, non proprii auctorem. obviam quidem apud Latinos etiam „Muscio“ est (C. I. L. III, 5265 ubi „Auscus Muscionis filius“), sed qui octavum Inscriptionum Latinarum tomum nuper editum indicesque inspexerit, ei nescio an suspicio incidat Afrum fuisse Mustionem quales Afri fuerunt frequentissimi illi in Numidia (et Mauretania) Mustii (Mustiosi, Mustioli, Mustaci una cum Mussiis et Mussiosis).[20]) atque ita fieri sane potuit ut Muscion (*Μοσχίων*) testis extaret scriptori qui esset Muscio vel Mustio.

cuius ut incerta sunt nomen gens aetas omnia, ita incerta libri est fides, qui codicibus quidem satis antiquis sed paucis et corruptis atque, cum ad graecum interim textum utrique consonantes spectent, aequali fere auctoritate dissociabiliter divergentibus ad nostram aetatem traditus sit. hunc ego meliorum codicum ope destitutus nunc prout potui primus edidi, additis ex unico codice graeci textus reliquiis Dietzianis recenti aetate sine spe excerptis pessimeque habitis. ansam autem totius negotii dedit codex Hafniensis[21]) quem nemini adhuc cognitum Hafniae moratus repperi anno 1863.

Berolini 7. Sept. 1881. V. R.

Post praefationem supra scriptam cum Romam Sorani causa me contulissem (praeter cod. Vatic. 6337 fol. min. chart. s. XVI qui f. 40 sqq. inter apographa ex cod. Laur. 73, 1 facta Muscionem etiam continet f. 94—136), in codice Palatino lat. 1304 ex multis Heidelbergae anno 1553 maleque compacto repperi (14. Nov. 1881) Muscionis (f. 81/90 + 68/79) exemplar ex ipso textu qualem praebet liber Hafniensis nitide magis quam curiose exscriptum saec. XIII. in quo extat pessariorum appendix (omissa quidem post „solvet" subscriptione alienisque insuper ad finem additis f. 77—79), extant hoc uno praeter Hafniensem schemata per duas paginae hic in usum pictoris divisae columnas cum textu descripta (XVI quidem numero, non XV, cum ultimae figurae textus per integram paginam scriptus in duo ex dimidio quoque versu frustula composita mire discerptus sit), contra desunt post initium libri secundi capitula quaedam integra a scriptore omissa (II et III cum dimidia parte primi = Hafn. f. 10^{b} sup. usque ad 12^{a} sup., quae habet Wolf. p. 89 sqq.). Roma deinde reversus Berolinum sub ipso anni termino ex Cantabrigiensi collegii S. Ioannis bibliotheca ad nostram mea causa translatum accepi alterum etiam Muscionis exemplar (sign. D. 4 vid. M. Cowie, Catalogue of the mss. in the library St. John's college, Cambridge. Cambr. 1842 p. 32), quod equidem non saec. X, sicut olim qui primus inspexit nuntiavit Darembergius) Oribase t. I p. XXV. cf. ei. hist. des sc. méd. t. I Par. 1870 p. 179) sed XIII item saeculo ab erudito scriptore (cui ut hoc utar „obstetrix" semper est quae reliquis omnibus „obsetrix") ad fidem aeque

4) '*Μοσχίωνος περὶ γυναικείων παθῶν*, id est Moschionis medici Graeci de morbis muliebribus.liber unus: cum Conradi Gesneri viri clariss. scholiis et emendationibus, nunc primum editus opera ac studio Caspari Wolphii Tigurini medici... Ex bibliotheca Augustana. Basileae, per Thomam Guarinum M. D. LXVI.'

5) ipse vidi codicem eorum qui nunc extant antiquiorem Lugd. Bat. gr. 62 a (Catalog. p. 337) bomb. s. XV, quem in Graecia a Graeco scriptum fuisse patet. habet is praefationem qualem Vindobonensis, habet libri imperfecti quot habent reliqui capitula 152 usque ad verba *ἢ ὀγηλότητος* (sic), ubi in margine alia manu notatum legitur *ἕως ὧδε* (sc. describatur). sequitur capitulum decem versuum a Gesnero omissum *περὶ τῶν μυξαρίων*, deinde quae *ἰάματα* ille inscripsit usque ad v. *ὄξους χρῶ*. desunt quae pessaria continent Gesneri cap. *ρνγ* — *ρξγ* (des. *συνέλαβε*) a Moschione aliena, sed pro his in indice praefixo notantur ipsius Moschionis tituli qui in textu desunt *ρνγ* —*ρξς*, quorum ultimus est *Πῶς τὸ νήπιον δοκιμάζομεν εἰ τεθνηκὸς εἴη*, ita tamen ut et spuriorum illorum capitulorum Gesnerianorum quae desunt inscriptiones tamen atramento pallido additae legantur in ima parte fol. 3ᵛ. ceterum advertendum est in margine inferiore eius paginae ubi textus deficit Moschionis notam librarii positam esse ex parte recisam hanc † *μὴ μεμφθῶ παρὰ τοῦ ἐμοῦ κυρίου καὶ ἀφθέντου, ὅτι τὸ ἀμφίβολον* (sic) *πάνυ σφα*|⟨*λερὸν?*⟩ *ὁμοίως καὶ αἱ ὀχλήσεις ἄπειροι ἐτύγχανον ἐν τῇ οἴκῳ ὅλην τὴν ἡμέραν*. quam excusationem ex exemplari transscriptam quasi imitatus esse suis ambagibus videtur etiam auctor apographi Vindobonensis in subscriptione quam legis apud Lambecium Comm. de bibl. Caes. Vind. l. VI p. 139 (ubi *μὴ μεμψάσθω τὸν γράψαντα τῶν σφαλμάτων* etc.).

6) quod Muscio latinus ait in prologo (cod. Brux.): 'placuit mihi hanc quoque genechia in latinum vertere sermonem' sic dedit Graecus codicis Lugd. *ἔδοξεν ἐμοὶ ταῦτα τε τὰ γυναικεῖα* ἐκ *εἰς τῆς τὴν τῶν λατίνων μετατρέψαι διάλεκτον*. ita ut ipse eadem manu librarius se corrigens scribat, *ἐκ τῆς τῶν λατίνων μ διαλέκτου* (id quod habet cod. Vindob.).

7) quae verba, utpote corrupta, omisit Wolfius in prologis scriptorum Harmoniae praepositis p. 5, sicut ipse Gesnerus nihil suspicatus scripserat ad Mosch. p. 55 'in ea enim (sc latini Moschionis praefatione) se Gynaeciorum librum graecum autore non nominato transtulisse ait'. ceterum ut Wolfius sic Gesnerus et latinum codicem et graecum textum cita *emendatum, non* sincerum, quod vel ipse confitetur ad Mosch

gr. c. 125 sic afferens latina quaedam: 'Lat. translatio (ut nos legimus) sic habet' etc.

8) sicut corpus licet non ab ipso auctore compositum librorum Hippocratis appellatione Alexandrina ferebatur ἡ πολυθρύλητος ἑξηκοντάβιβλος (cf. Arist. Pseudepigr. p. 379).

9) nisi forte 'Cirtensis Siccensis' (C. I. L. VIII p. 197 cf. 618), ita ut et ipse testis fuerit studii medici quod tunc Siccae floruerit i. e. Cirtae novae ('Colonia Iulia Veneria Cirta nova Sicca' pleno nomine habetur in inscr. 1632). attamen 'Q. Cassius Felix' quidam revera extat in inscr. Cirtensi (C. I. L. VIII, 7566. cf. 10702), sicut 'L. Caelius L. f. Aurelianus' in inscr. Vallit. no. 1289. cf. V. Guérin, Voy. arch. dans la régence de Tunis t. II p. 58. 184.

10) cod. Laur. 73, 1 f. 154: 'Explicit genecia a Cleopatra facta a sorano lib̄. IIII.

Incipit liber geneciae. ad soteris obsetrix.' iam sequuntur quasi praefationis loco verba quaedam excerpta ex praefatione eiusdem libri qui modo praecessit (f. 148ᵇ—154) Cleopatrae i. e. 'duorum' Theodotae et Cleopatrae librorum versionis latinae, cuius auctor non traditur. mox autem a verbis 'Soranus Soteris dixit. obsetrici ad singula querenti ab eodem' Sorani quaestiones de muliebribus excerptae proponuntur quales habuit Muscionis liber, non verbis tamen Muscionis, sed nova eorum quasi quadam paraphrasi recentioribus explicatae, hic illic nostris Muscionis exemplaribus pleniores. haec post alia ab initio interiecta continuantur f. 158ᵃ in libro II qui incipit sic f. 156ᵇ 'Explicit liber I. geneciae. Incipit liber II. de causas matricis' etc. Cleopatrae autem q. d. libellus redit cum praefatione sua in (pessariorum) libro V. finitur sextus f. 175ᵃ sic: 'Explicit liber VI. de conceptione et causas profluvii.' nunc alius in codice variorum sine ordine praeceptorum liber sequitur 'De signa matricis quando in loco suo non est' etc. mox f. 186ᵇ Incip̄ tituli muscionis auctoris' (I—CLXXXII). ego sex illos libros quorum collectio incondita Petroncelli rationem aliorumque auctorum Salernitanorum in memoriam revocat, ipse Florentiae perlustravi, exscripsi interrogationes Sorani omnes, quae etsi ficta fuerit Soteris illa quae nunc primum apparet traditam libri auctoritatem titulo confirmant.

11) integri codices nunc extant tres saeculorum X, XI, XII. sed praeterea cod. Vindob. lat. 2504 s. XIII f. 43 seqq. 'Genecia' habet capitulis 54 quae ex Muscione (qualis legitur in codd. bl) excerpta sunt, quibus sine titulo adduntur alia quae ducta sunt 'ex libro matricis' (quem ait Wolfius) et ('Desideranti tibi'...) ex Cleopatra. contra in codice nunc deperdito, cuius reliquum est *folium unicum* Apuleio Leidensi assutum (Hermes

IV, 143) leguntur primum (in fol. recto) conceptoria excerpta ex pessariorum appendice qualis extat in Muscione Hafniensi, deinde f. v., post fragmentum Caelii Aur. de apto tempore conceptionis, ex alio fonte conceptoria alia.

12) in praef. 'Item ex gynetia Musionis que egritudines matricis et mulierum accidentia continet greco stilo'.

13) Epistolae Heraclii... Sophoclis... Antonii... Cleopatrae... Sorani... de priapismo Cleopatrae reginae eiusve remediis. Nunc pr. ed. ex bibliotheca Melchioris Hamingsfeldii Goldastii. Impensis Conradi Nebenii (post Priapeia Gasperis Schoppii. Frf. ad M. 1506 (sic i. e. 1606) cum praefatione 'typographi': quam sequitur testimonii loco adscripta epistola Francisci Philelfi ad Philippum Mediolanensem dat. Mediol. pridie non Ian. 1449 de codice Celsi et Sorani medico (Epist. fam. l. VI f. 43ª ed. Ven. 1502). codex olim „basilicae Ambrosianae' (v. Detlefsen in Verh. d. 27 Vers. D. Philol. zu Kiel 1869 Lpz. 1870 p. 92) quem nuper repertum Mediolani viderat Philelfus, tunc a doctis hominibus summa cupiditate expetitus idem sine dubio est qui nunc Florentinus Celsi clarissimus. hunc multi descripserunt, hunc etiam circa medium hoc saeculum XV artificiose (cf. 'state' pro 'stera' in qu. 6. — 'spuunt semen per meatus' qu. 17 ex corrupta lectione 'et sputuito meatus' i. e. 'spermaticus meatus') exscripsit qui composuit epistolam Sorani ubi de matrice p. 173—74 = Sor. Musc. qu. 6—17 (codd. b l). Hafniensis enim quem langobard. litteris scriptum in Italia fuisse usque ad saec. XV ex lectorum Italicorum notis adscriptis certo constat (ipso autem saec. XV Cantabrigiam, postea demum Hafniam delatus est), is quam maxime sua lectione differt.

14) de Io. Hartlieb ducum Bavariae medico v. Neu-fortgesetzter Parnassus Boicus, oder Bayrischer Musen-Berg. Augsp. 1736 S. 42—50. eius Secreta mulierum ex Alberto Magno et Trotula duobus libris compilata germanice habentur in cod. Berol. germ. fol. 928 ch. s. XV (ut in cod. germ. Monac. 261), ubi sic praefatur: 'Seyt nu der allerdurchleuchtigest kayser frydrich (qui regn. a. 1440—93)...begert hat durch den hochgebornen Sigmundn hertzogen in bayrn sein fürstn und lieben sun den sein kayserlich magestat an seynem hoff erzogen hatt zu tewtschen die gehaym der weyber So dann albertus und ander beschryben haben ꝛc. Also hat der egenant furst hertzog Sigmund in Bayrn (regn. 1460—67) von kayserlichm gewalt mir doctor Hartlieb seynem artzt gebotten sollich arbaytt auf ze nemen...mox fontes recensentur Albertus etc. 'Item mus' [illegible] (sic) ein hochr mayster in kryechn hat gemacht ze [illegible]em kayser genant Gamaliel (!) auch von der

gepürdt und außgang der frucht das selb puech lert und sagt das die gepurt und außgang der kind ist in achtzeherlay mafs und sind allain zwen weg an mittl güet und grußlich an sorg die andrn weg all sind vast besorglich oder aber todlich Dabey hat er auch gemelt und beschrÿben wie man derselben irrung in der natur unt artzney und kunst ze hilff und zu statn kumen müg und süll durch die gelertn hebamen Aller durchleuchtigister kayser das puech wär ayn groffer schatz und notturft in alln tewtschenn lannden.' cf. fol. 79: 'Hie heben an die Capittl uber das püech Trotula macrobÿ (in S. Sc.) gylbertini (Gilberti Anglici?) und mustio als zusamen gemischt das doctor Hartlieb getewtscht hatt.' deinde post indicem capitulorum f. 82: 'Hye heppt sich an der war text und dye haymlich gloß des puechs Trotula und darein gezogen die geheim macroby Gilbertini und mustio.' Mustionis tamen in ipso textu vestigium nullum reperio, quia revera operis post Pseudo-Albertum pars altera Trotulae tantum versionem continet prae reliquis quos differt auctoribus supra nominatis. v. f. 77: „Nach dem puech Secreta Secretorum das da nach dem text und seyner gloß wol getewtscht ist kan ich nit anders versten noch erkennen dann das puech Trottula werd vor den andern die dann oben genant sind geteütscht..." Muscionis autem versio sic praeparata num revera a Iohanne edita sit, quia nusquam comparuit, dubium est.

15) titulus libri celeberrimi 'Der Swangern frawen und Hebammen Rosegarten' (s. l. e. a. 4°), cui post privilegium Maximiliani imperatoris datum Coloniae 24. Sept. 1512 praefationem scribit 'ich Eucharius Rößlin in artzney doctor'... 'Datum zů Wurms' 20 Febr. 1513. auctoris medici Francofortensis iam ante annum 1532 mortui (anno sc. 1526, ut docuit Stricker: Janus II, 394) in eadem urbe postea 'et nomen et functionem' referebat filius Eucharius Roeslin sive ut latine appellatur Rhodion alter, cui patris libellum a docto quodam viro in latinam linguam suo iussu versum anno 1532 dedicavit Chr. Egenolphus bibliopola Francof., sicut idem ipse testis est in praefatione. idem est Eucharius natu minor qui a. 1533 Egenolphi herbarium edidit (de quo E. Meyer Gesch. der Bot. IV, 335), mortuus a. 1553/54 v. Siebold Gesch. der Geburtshülfe II, 6 Meyer l. c. p. 337. L. Choulant, Graph. Incun. f. Naturgesch. u. Medicin p. 89.

16) Eucharius quidem Avicenna utitur in capite quod primo obtutu plane conspirat cum Muscione de embryulcia IX: habet enim Avicenna (Can. III, 21, 2, 14 'de regimine quorundam antiquorum in extrahendo fetum mortuum') ipsa verba translata Pauli Aeginetae (6, 74). et hic autem et (quem

IV, 143) leguntur primum (in fol. recto) conceptoria excerpta ex pessariorum appendice qualis extat in Muscione Hafniensi, deinde f. v., post fragmentum Caelii Aur. de apto tempore conceptionis, ex alio fonte conceptoria alia.

12) in praef. 'Item ex gynetia Musionis que egritudines matricis et mulierum accidentia continet greco stilo'.

13) Epistolae Heraclii... Sophoclis... Antonii... Cleopatrae... Sorani... de priapismo Cleopatrae reginae eiusve remediis. Nunc pr. ed. ex bibliotheca Melchioris Hamingsfeldii Goldastii. Impensis Conradi Nebenii (post Priapeia Gasperis Schoppii. Frf. ad M. 1506 (sic i. e. 1606) cum praefatione 'typographi': quam sequitur testimonii loco adscripta epistola Francisci Philelfi ad Philippum Mediolanensem dat. Mediol. pridie non Ian. 1449 de codice Celsi et Sorani medico (Epist. fam. l. VI f. 43ª ed. Ven. 1502). codex olim „basilicae Ambrosianae' (v. Detlefsen in Verh. d. 27 Vers. D. Philol. zu Kiel 1869 Lpz. 1870 p. 92) quem nuper repertum Mediolani viderat Philelfus, tunc a doctis hominibus summa cupiditate expetitus idem sine dubio est qui nunc Florentinus Celsi clarissimus. hunc multi descripserunt, hunc etiam circa medium hoc saeculum XV artificiose (cf. 'state' pro 'stera' in qu. 6. — 'spuunt semen per meatus' qu. 17 ex corrupta lectione 'et sputuito meatus' i. e. 'spermaticus meatus') exscripsit qui composuit epistolam Sorani ubi de matrice p. 173—74 = Sor. Musc. qu. 6—17 (codd. b l). Hafniensis enim quem langobard. litteris scriptum in Italia fuisse usque ad saec. XV ex lectorum Italicorum notis adscriptis certo constat (ipso autem saec. XV Cantabrigiam, postea demum Hafniam delatus est), is quam maxime sua lectione differt.

14) de Io. Hartlieb ducum Bavariae medico v. Neu-fortgesetzter Parnassus Boicus, oder Bayrischer Musen-Berg. Augsp. 1736 S. 42—50. eius Secreta mulierum ex Alberto Magno et Trotula duobus libris compilata germanice habentur in cod. Berol. germ. fol. 928 ch. s. XV (ut in cod. germ. Monac. 261), ubi sic praefatur: 'Seyt nu der allerdurchleuchtigest kayser frydrich (qui regn. a. 1440—93)... begert hat durch den hochgebornen Sigmundn hertzogen in bayrn sein fürstn und lieben sun den sein kayserlich magestat an seynem hoff erzogen hatt zu tewtschen die gehaym der weyber So dann albertus und ander beschryben haben ꝛc. Also hat der egenant furst hertzog Sigmund in Bayrn (regn. 1460—67) von kayserlichm gewalt mir doctor Hartlieb seynem artzt gebotten sollich arbaytt auf ze nemen... mox fontes recensentur Albertus etc. 'Item mussio (sic) ein hochr mayster in krÿechn hat gemacht ze lieb ainem kayser genant Gamaliel (!) auch von der

gepürdt und außgang der frucht das selb puech lert und sagt das die gepurt und außgang der kind ist in achtzeherlay maſs und sind allain zwen weg an mittl güet und grußlich an sorg die andrn weg all sind vast besorglich oder aber todlich Dabey hat er auch gemelt und beschrÿben wie man derselben irrung in der natur unt artzney und kunst ze hilff und zu statn kumen müg und süll durch die gelertn hebamen Aller durchleuchtigister kayser das puech wär ayn groffer schatz und notturft in alln tewtschenn lannden.' cf. fol. 79: 'Hie heben an die Capittl uber das püech Trotula macrobÿ (in S. Sc.) gylbertini (Gilberti Anglici?) und mustio als zusamen gemischt das doctor Hartlieb getewtscht hatt.' deinde post indicem capitulorum f. 82: 'Hye heppt sich an der war text und dye haymlich gloß des puechs Trotula und darein gezogen die geheim macroby Gilbertini und mustio.' Mustionis tamen in ipso textu vestigium nullum reperio, quia revera operis post Pseudo-Albertum pars altera Trotulae tantum versionem continet prae reliquis quos differt auctoribus supra nominatis. v. f. 77: „Nach dem puech Secreta Secretorum das da nach dem text und seyner gloß wol getewtscht ist kan ich nit anders versten noch erkennen dann das puech Trottula werd vor den andern die dann oben genant sind geteütscht..." Muscionis autem versio sic praeparata num revera a Iohanne edita sit, quia nusquam comparuit, dubium est.

15) titulus libri celeberrimi 'Der Swangern frawen und Hebammen Rosegarten' (s. l. e. a. 4°), cui post privilegium Maximiliani imperatoris datum Coloniae 24. Sept. 1512 praefationem scribit 'ich Eucharius Rößlin in artzney doctor'... 'Datum zů Wurms' 20 Febr. 1513. auctoris medici Francofortensis iam ante annum 1532 mortui (anno sc. 1526, ut docuit Stricker: Janus II, 394) in eadem urbe postea 'et nomen et functionem' referebat filius Eucharius Roeslin sive ut latine appellatur Rhodion alter, cui patris libellum a docto quodam viro in latinam linguam suo iussu versum anno 1532 dedicavit Chr. Egenolphus bibliopola Francof., sicut idem ipse testis est in praefatione. idem est Eucharius natu minor qui a. 1533 Egenolphi herbarium edidit (de quo E. Meyer Gesch. der Bot. IV, 335), mortuus a. 1553/54 v. Siebold Gesch. der Geburtshülfe II, 6 Meyer l. c. p. 337. L. Choulant, Graph. Incun. f. Naturgesch. u. Medicin p. 89.

16) Eucharius quidem Avicenna utitur in capite quod primo obtutu plane conspirat cum Muscione de embryulcia IX: habet enim Avicenna (Can. III, 21, 2, 14 'de regimine quorundam antiquorum in extrahendo fetum mortuum') ipsa verba translata Pauli Aeginetae (6, 74). et hic autem et (quem

non habuit Avicenna) Aetius (ex Philumeno 16, 23) ad Sorani doctrinam aeque redeunt, Latinis quidem Eucharii aetate adhuc incogniti. de schematibus nascendi (cf. Aetius 16, 22. Paul. 3, 76) pauca, quia pauca Paulus (cf. v. Siebold I, 236), habet Avicenna, sed quae suis admisceat Eucharius, velut ad partum III extr. Avic. III, 21, 2, 25. plura praebet Albucasis (chir. II, 75), quo non ille utitur. sellae etiam obstetricalis mentionem addita pictura fecit Eucharius. partus autem fig. Muscionis quae pro XV (vel XVI, cf. ad M. II, 18, 20) nunc extant XIV Eucharii figuris item XIV (vel si mavis XVI) sic fere respondent:

M.	1.	2.	3.	4.	5 (6).	8.	9.	10.	10^{b}.	11.	12.	13.	14.	15.
= R.	1.	2.	5.	8.		9.	4.	3.	6.	11.	7.	10.	11.	12.	13.

schema Muscionis quod sit septimi (a R. item omissum) revera deest quia pro eo ponitur quod infra redit 12. ceterum famosam illam inter medicos (cf. Haeser I^{3} 321) in graeco Gesneri Moschione uteri figuram Gesneri esse vel Wolfii, non codicum (quamvis rudi aliqua figura descriptus uterus habeatur in uno latino Bruxellensi, Hafniensis enim spatium tantum vacuum offert), hoc ut expressis verbis dicatur mirum est quod nunc etiam necesse sit. ista autem schemata per multa saecula variasque manus ut tradita ita corrupta ab ipso Sorani instituto omniumque gynaeciorum fonte principali repetenda sunt, quae vel in exemplari quod codicis Parisiensis scriptor legerat diligentius edito extitissent. ipse enim Parisiensis alba modo spatia reliquit, in indice titulorum medio haec confessus: *ἐνταῦθα ἐστὶν ἑνὸς ἑκάστου σχήματος τὰ ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς διαπλάσεως τῶν ἐμβρύων καὶ πῶς ὀφείλει ἐκβάλλειν ἕκαστον ἡ μαῖα, μετὰ τῆς ἑρμηνείας τοῦ γράμματος, ἐάσαμεν δὲ διὰ τὸ ποικίλον.*

17) in cod. Paris. 2153 ch. s. XV f. 218—289 (foliis quorum 5 ultima alba sunt, 72 versum 39) habetur codex Soraneus a reliquis quae grandi hoc volumine nunc comprehenduntur olim separatus et diversus. inscribitur primo folio nihil nisi rubrica haec † *πίναξ τῶν γυναικίων παθῶν καὶ εἰς πόσους τμηθεν λόγους τὴν τῶν | γυναικίων παράδωσιν*: ~ praecedit scilicet index capitulorum ex Sorano et Aetio collectorum numero ρξζ, textus autem qui imperfecte scriptus desinit in ipso initio c. ρκς, sine nomine auctoris incipit f. 220 *Εἰς πόσους* etc. supra tamen in margine paginae rudi manu pinguique bibliothecarii cuiusdam vel possessoris, quae notulis identidem adscriptis currit per codicem, legitur

σωρανός ʼ/ʼ (=*ἐστιν*).

et Sorani nomen comparet etiam medio in indice praecedente, ubi ad verba sub num. *με* adscripta de omissis a

scriptore fetus in utero formati figuris haec nota addita est † *γυναικεῖος ὑποζώγραφος ὀλυμπιάδος ἡρακλείας διαπεμπομένης πρὸς κλεοπάτραν βασίλισσαν αἰγύπτου.*

+ σωρανός:~ +

in quibus rei obstetriciae, ut sunt feminae medicae, ita pictrix femina appellatur Olympias ad Cleopatram missa, et Cleopatrae ut saepe coniunctus ipse Soranus.

18) codicem bibliothecae Barberinae (I, 49) inspexi Romae 1. Dec. 1881, Berolini Vossianum (gr. oct. 18 cf. Catal. p. 400) 24. Ian. 1882. mira compendiorum graece scribendi in utroque ignorantia prostat. in utroque autem eadem codicis Parisiensis capitula habentur sine numero eodem ordine scripta. atque Vossianus quidem post c. 61 Dietz. charta alba (183) interiecta addit sine inscriptione aliena illa *περὶ τῶν ἐν νεφροῖς λιθιάσεων*, quae cum in Barber. uno cum praecedentibus tenore scripta legantur, in medio Sorano exhibuit Dietz p. 151—161. deinde f. 203—207 in eodem Voss. sequuntur *Ἑρμοῦ τοῦ τρισμεγίστου περὶ σεισμῶν. ἐν ἄλλῳ ὀρφέως.* Barberinianus autem (f. 1—165. 4° min. 'Legato nel 1829') qui eadem prorsus (numero quidem 58) capitula habet indice titulorum (*Εἰς πόσους καὶ τίνας λόγους τμητέον*...usque ad ultima tria *Πῶς γνωρίζομεν τὸ πρὸς ἀνατροφὴν ἐπιτήδειον, Περὶ τῶν ν. λ., Θεραπεία τῶν λιθιόντων* — sic — *νεφρῶν*) praefixo aucta ipsoque suppleto capituli primi initio quod in Vossiano deest (qui sic sine tit. incipit *Τὸ δὲ πρακτικὸν, τὸ μὲν, ὑγιεινὸν λέγουσιν*), in tergo folii textui (f. 1 *Πίναξ*) praemisso inscriptum habet *ἐστὶ τοῦ σοφωτάτου σωρανοῦ τὸ βιβλίον* atque in fronte manu s. XVII 'Sorani de morbis muliebribus'.

19) ita etiam in latina Alexandri versione vetere Muscio est qui *Μοσχίων*. scilicet ubi in ed. Pap. 1520 I, 72 f. 30ᵃ legitur 'Item aliud in LVIII. titulo Theodorus muscienus ad epilepticos', ibi cod. Berol. lat. qu. 303ᵃ f. 51ᵃ „Titulū theodori miscionis ad epilempticos' (graece ed. Bas. p. 81: *ἐκ τοῦ νη^ου θεοδώρου μοσχίωνος πρὸς ἐπιληπτικούς*). cf. Alex. lat. ed. f. 29ᵇ: 'in quinquagesimo octavo titulo (sic!) theodorus. epileptico autem cadente si de maioribus digitis pedum eius sanguinem tollas et linias labia eius et frontem mox surget' (idem habet Theod. Prisc. lib. IV p. 82) ubi rectius cod. Berol. f. 50ᵇ „In ūō (=II°) titulo theodorus dixit. Epilempticus autem dum cadet. et si de maiori digito pedis eius sanguinem tollis. et line labia eius et fronte. mox exurget.“ graece p. 79 *ἐκ τοῦ δευτέρου θεοδώρου.* qui sane Theodorus Moschion, cuius simpliciter *Μοσχίωνος* (*τοῦ Σύρου* add. codd. L. Mᶠ Puschmanni I p. 571) *in* eadem de epilepsia capitulo Alexan-

der citat etiam p. 84 (quod habet Theod. Prisc. IV p. 82), idem fortasse est cum Moschione Galeni et Sorani.

20) cf. ibid Punicum nomen Mustumbal (4922), Mutthumbal, Muthumbal (Muthunus, Muttun, Mettun, Mottun).

21) codex Hafniensis littera fracta langobardica (vel beneventana) scriptus saeculo XII (cum correcturis coaevis manus vulgaris) ex duabus partibus constat quibus continentur haec:

I. f. 1. 2 alba.
3 Genecia muscionis.
28ᵛ Cleopatra.
31ᵛ Alfabetum galieni.
60ᵛ Virtutis demonstratio omnium medicamentorum (fragm.).
61 Liber dietarum diversorum hoc est alexandri ꝑt aliorum (Anecd. II, 107).
66ᵛ Dieta Ypocratis [Theodori].
72 (al. m.) Liber artis medicine.
75ᵛ Dogma Ypocratis.
77 Liber Oribasii (de quo alibi).
II (sine num. pag.)
1 (m. non lang.) Liber antibalomenon.
2 (m. lang.) (Antidotarium).
3 (Fragm. varia).
4 Medicamentarium quod continet dicta urivasii doctoris per alfabeto.

in f. 149 (ad in. libri VI practicae Oribasii) m. s. XV legitur 'orate pro ff. nichō cencte lowe'. idem nomen 'cencte lowe' in margine extat ad Medicamentarii (II, 4) initium. in ultimis codicis foliis quattuor supervacaneis variorum aut lectorum aut possessorum notulae habentur (s. XIII—XIV), in quarto haec (s. XV): frater thomas Glowcetur carmelita. ibidem infra notulae anglicae s. XVI (ryght & well ...). in ipso denique tegumento praeter medicamentum quoddam italica lingua scriptum s. XV (XIV) haec leguntur (m. s. XV):

'Anno a mundi creacione 4815 universitas Cantebrigia. fuit a cantebro edificata. et a philosophis et scienciarum inventoribus multum feliciter decorata' atque paulo inferius (ab eadem manu):

Lapsum ne dampnes hominem quia labimur omnes.
aut sumus aut fuimus aut possumus esse quod hic est.

haec ipsius Gesneri testimonia prostant in epistolis ad Io. Kentmannum Dresdensem medicum (physicum Torgensem) quas, ab a. 1550 usque ad a. 1565, habet „Epistolarum medicinalium Conradi Gesneri, phil. et med. Tig., liber quartus.“ Vitebergae 1584. 4° (librorum trium Tig. 1577 editorum supplementum).

29. Oct. 1556: „Mitto ad Exc. tuam, doctissime Kentmanne, epistolam in tuum nomen inscriptam, Moschionis de muliebribus affectibus libro Graeco praefigendam, si tibi non displicuerit, et typographus aliquis admiserit. Vix enim ut Graecè aliquid seorsim edant, induci possunt. Si omnino detrectent, inveniam Latina aliqua eiusdem argumenti, quae adiungam. Tu si quid fortè habes, communica. In epistola dedicatoria, pro tuo arbitrio mutabis, addes, detrahes, et tempestive remittes, si quid mutaveris.“

17. Martii 1558: „Moschionis editionem primo quoque tempore promovebo: Cuius nuncupationem tibi non improbari valde gaudeo.“

25. Aug. 1558: „Moschionis tibi dedicati curam, ut cuderetur, hactenus habere non potui, defuncto illo typographo qui cudendum receperat: et me in libro de piscibus ita occupato, ut aliud vix cogitare liceret. Deinceps vero prima quaque occasione habebo, et brevi forsan Basileam descendam, hanc praecipue ob causam. ubi etiam latinum vetus manuscriptum exemplar inventurum me confido, quod si contingat, dabo operam ut imprimantur unà, et mutua collatione per me ambo corrigantur. nam Graecum meum exemplar valde est depravatum, nec potui melius adhuc ex Italiae bibliothecis (quamvis ad multos eruditos amicos meos scripserim) nancisci.“

27. Febr. 1559: „de Moschione imprimis dico, quem nuper manuscriptum quendam codicem latinum, è Graeco illo translatum nactus, multis in locis emendavi, sed latina versione rursus me per dolum privavit ardelio quidam. eam ut denuo acquiram, curandum mihi est.“

25. Aug. 1559: „Moschionem tuo nomini dicatum quò minùs ædiderim hactenus, fraude cuiusdam (hominis ambitiosi,

qui veterem latinam versionem à Typographo mihi concessan sibi ut suo nomine æderet, retinuerat) effectum est. Hac hyem ut spero, nihil prohibebit, quò minùs cudatur."

16. Iunii 1561: „Spero et Moschionem cum aliis, Basilea excusum iri brevi."

23. Martii 1563: „Moschionem tibi promissum nondu editum esse maximam suspicor esse tuae abalienationis cau sam. Sed exemplar Graecum est longè depravatius quà putabam, ut eius ferè me pudeat, aliud diu expectans e Italia mihi promissum, sed frustra. Nunc etamsi hab rem emendatissimum, non facilè paratum ei typographum i venirem."

[24. April 1563 ad Io. Cratonem a Crafftheim (Ep. me libri III per C. Wolphium ed. Tig. 1577. f. 5 b): Kentmannu olim de me bene meritus est. ab eo enim ad vivum pictas acce innumeras et rarissimas stirpes, pisces et alia, cum descriptic nibus quibusdam: et maguum rerum fossilium numerum: pro ter quae beneficia gratus esse volui: in gratitudinis signu promisi ei aliquando Moschionem de morbis muliebribus, e eius nomen inscribendum: sed tum sperabam aliud exempla Graecum emendatius, (unicum enim manuscriptum corruptiss mum habeo) me nancisci posse, ea spe rem diutius distuli: tan dem desperans Cassium a me versum dedicavi: sed ille ia aliquot annis ... nihil prorsus ad me litterarum dat."

24. Iunii 1564: „Moschionis morem ferre te aequo anim valde gaudeo, neque eius ego immemor ero."

23. Martii 1565: „Moschionis memoriam non deponan Thomas Guerinus Basiliensis typographus recepit se impressu rum, cum aliis quibusdam muliebribus."

27. Aug. 1565: „Muliebria nostra tandem aliquando sper prodibunt. Fefellit promissionem suam typographus Basiliensis Sed fiet tandem aliquid, Deo favente."

GYNAECIA MVSCIONIS

EX GRAECIS SORANI

IN LATINVM TRANSLATA SERMONEM.

Ex codicibus

b = Bruxellensi (no. 3701—14 Catal. des mss. de la l
roy. t. I p. 75) membr. saec. IX/X
[quem excerpsi Bruxellis a. 1856, ad Hafnien
contuli Berolini a 16. Oct. 1876]

l = Florentino (Laurent. 73, 1) membr. saec. XI f. 1
—214^{b}
[quem integrum descripsi Florentiae a 19. Sept. 18

h = Hafniensi (gl. kgl. saml. 1653. 4°) membr. scr. (a
man.) litteris langobardicis saec. XII f. 3—25^{b} (l
saria 25^{b}—28^{b})
[quem ipse repperi Hafniae 11. Sept. 1863, descr
Berolini a 29. Oct. 1875]

quorum hic fere est nexus:



Cum frequentius nobis in muliebribus obstetrix fuisset necessaria, nullam invenimus studiosam quae litteras graecas adtigisse videretur, quodsi et habuisset omnia in latinitate sibi translata gynaecia, posset rationem lectionis scire. ego vero Muscio quia multa iam videor quomodocunque transtulisse, veritate rationis potius nisus quam structa oratione vel diligentius polita usus, sicut in opthalmico et chirurgumeno filiatro etiam et boethematico legisti, placuit mihi haec quoque gynaecia in latinum vertere sermonem, licet etiam maximam partem triacontados ad integrum tenorem secutus Soranum transtulerim. sed cum vidissem grande corpus futurum et posse muliebres animos hac ratione cito prae magnitudine lassari, placuit cateperotianorum brevitatem fuisse secutus, ut omnia dicere videar et non grande corpus perfecisse. quibusdam vero capitulis multum breviter dictis, quaedam et triacontados addidi, ut ex omnibus collectus commentarius sufficiens esse possit. his autem multo simplicius volui loqui et ut verius dicam muliebribus verbis usus sum, ut etiam inperitae obstetrices licet ab altera sibi lectam rationem facile intellegere possint.

Subiungo ipsam utriusque codicis (*bl et h*) *lectionem, primum Hafniensis, quae post inscriptionem* (*litt. mai.*) Incipi prologus muscionis *talis est* (*h*): Cum frequentius nobis in mulieribus causis obstetrix fuisset necessaria. nullam invenimus studiosam qui (q) literas grecas attigisset. omſ (omnes) etiam diceret quod si habuisset in latinitatem translata genecia. posset rationem lationis (*sic*) scire. Ego vero muscio qui (quia *Cant.*) iam videor quomodo cunque transtulisse veritate rationis potius nisus quam *instructa* ratione (sic *iterum*, oratione

Wolphius) vel diligentius polyta usu. sicut in opthalmic
et cyrugurgumeno. philiatro etiam et boethematicis (bo& h
maticis *sic*) legisti. placuit et hęc quoque genecia in latinu
verteremus sermonem. licet iam maximam partem triactad
(= *Cant.*, triactidiſ *Cant.*) ad integrum tenorem secutus soron
(*sic et Pal.*, soranū *Cant.*) transtulerim. Sed cum vidisse
grandē corpus futurum. et posse muliebris animos cito pr
(p̄) magnitudine laxare. placuit ut cataperocianorum (= *Pal*
Cant.) brevitate fuisse secutus. ut omnia dicerem. et no
grande corpus effecissem quibusdam capitibus vero multu
breviter dictis. quando et tria contadas (= *Pal.*, *Cant.*) ad
didi. ut ex omnibus collectus comentarius. sufficiens ess
possit. Hic tamen multo simplicius volui loqui. et ut veriu
dicam mulieribus verbis usus sum. ut etiam imperite obse
trices licet ab altero sibi lectam rationem facile intellege
possint.

En prologum ex cod. Brux. (*et Laur.*) *verbotenus descrip*
tum (*post* 'capitula' 179 *b*, 182 *l*):

'Incipit genechiae (genecia *l*) mustionis (muscionis *l*) auc
toris. ⟨incipit prologus *l*⟩.

Cum frequentius nobis in mulieribus obsetrix fuisset ne
cessaria. nulla quae (quę *l*) invenerimus sto(u *l*)diosa qua
litteras grecas adtigi videatur (*ubi vet. corr.* videretur, *sed*
sic: quę litteris grecis adtegisse videatur.) quod ⟨& ſi *in ra*
add. corr., quod si & *l*) adti(e *l*)gisset omnia in lati(ni *add. l*
tate sibi translata genechiae (geneciae *l*) posse rationem le
tionis scire. Ego vero mustio (muscio *l*) multa ⟨iam *add. corr*
ut l⟩ video quomodo ⟨cunque *add. l*⟩ transtulisse. et verit
tem rationis potius quae (ę *l*) structa. diligentius polita sic
in ob(p *l*)talmico et cirorgimeno (cyrurgimeno *l*). filiat
etiam et boetrimati⟨co *l*⟩ (etiam ⟨theore⟩hematico *l*) legim
(/////demuſ *ante corr. b*). placuit mihi hanc quoque genech
(-cia *l*) in latinum vertere sermonem licet etiam maxima
partem ad integrum tenorem secutus transtuli. ut possim m
lieres (-ris *l*) animum hanc rationē (-ne *l*) ex(h *add. l*)ilarar
placuit nobis ut [ut *del. corr. b, non l*] catapianorū (cate⟨pi
norū⟩ *l*) brevitate fuisse secutus. ut (⟨ut⟩ *add. b*^{c}) omn
dicere videar (⟨videar⟩ *add. b*^{c}) et non grande corpus perf
cisse. quibusdam vero (ā = autem *add. b*^{c} *pro om.* vero) c
pit⟨ulis⟩ (*sic corr. in ras.*, capitulis *l*) multum breviter fuis
secutus. dictis quendam ⟨dia⟩triæ (a *in* ae *mut. corr.*) cont
duos (dia triae contrado *l*) addidit (addidit *om. l*) ut ex (
om. l) omnibus collectus (collectus *om. l*) commentarius suf
ciens esse possit. his autem multo simplicius volui (volui *ad*

corr. l) loqui. ut verius dicam mulieribus ⟨actis *add. corr.*⟩ verbis (muliebriū actis et verbis *l*) usus sum. ut etiam inperite (imperita *l*) obsetrices (-cis *l*) scilicet (licet *l*) ab altero (-ra *l*) sibi relicta (⟨dettam⟩ *sic* l^c) ratione (-em *l*) facile intelle(i *l*)gere possit.

(Sor. prf. ed. Erm.

1. In quot vel quas partes dividere oportet muliebrium traditionem.

in duas, unam quae de obstetrice tractat, alteram quae de omnibus obstetrici occurrentibus causis. has ipsas iterum dividimus in secundum naturam occurrentes cau- 5
sas et praeter naturam.

2. Obstetricalis enim ratio quid a muliebri differt?

[quod pars ab universo. obstetricalis enim pars est muliebrium rationis] quod ab ipsa obstetrice exerceatur quae scit mulieres ratione cognoscere. 10

3. [Quae est aptissima quae obstetricem facere possit? (1)
principaliter quae litteras novit et habet ingenium prae-

1 dividere oportet universam mulierum tr. *h*: dividere (*sic*) omnia mulierum tr. *b l* (*ubi* omnia *pro* oportet, *ut saepe*: τέμνομεν *Sor.*). 3 quē (quę *l*) obsetrice (-ę *b*) tractata est (ē *add. corr. vet. b*). altera q⟨u⟩ē (quę *l*) de (in *l*) omnibus obsetricibus (⟨obsetrices⟩ *l*) ⟨solacium⟩ (sola⟨ciū⟩ *l*) occurrent[ibus] (occurrat *l*) constat. ⟨aut⟩ (Constat⟨ae⟩ *l*) hanc ipsam..

4 obsetricum occurrentibus constat. Hanc ipsam... *h*.

5. dividere *b l*. in *om. b l h*. 7. obsetricalis enim r. quidam muliebri differt quod *h*: obsetrical⟨parata ee⟩e ≡ ≡ ⟩ ratio qui⟨ē⟩dā ⟨ut⟩ muliebri differ⟨a⟩t<'> ⟨anim'⟩ quod... *b*, obsetricale parata esse. ratio quidem est ut ⟨mulieres⟩ differatur animū quod... *l*. 8—9 quod... rationis *h*: *om. b l*. 9 quod... cognoscere *b*, quod ab ipsa obs. exerceatur blanditię causa. et tales esse debet ut mulieris ratione cognoscere possit *l*: *om. h*.

10 (*post* cognoscere) Explicit prologus genechiae (*b*, pr. muscionis *l*), *qui codices nonnulla hic omittere videntur* (*11 sqq.*) *quae ex h supplenda invito fuerunt* (*cf. Sor. p. 4, 2 sqq.*).
11 possit: potest *h*.

15 ancistris rumpendum est et tollendum. si autem pulpa fuerit inventa, in gyrum praecidenda est ferramento illo quo polypos tollimus et ita sollicite secanda ne aut vesicae collum aut longaonem tangamus et incipiant aut urinae turpiter ferri aut stercora non contineri. si vero
20 in orificio fuerit clusura et sine caverna fuerit, flebotomo medietatem sollicite dividimus et infixo ancistro extendentes syringotomo praecidimus. si autem occurrente purgatione intus sanguis remanserit, si quidem clusum orificium nihil foras amittat, post sectionem thrombos illos purgationis
25 qui intus remanserant, si fieri potest, statim etiam ipsos

1 mulier in(m *l*)pinge(i *l*)t *blh*. ac (pr.) *h*. 4 facile *b*. causam habent *h* (*cf. v. 11*): habet *bl*. 5 clausae *bh*: cluse *l*. 7 renasci *lh*: senesci *b*. possunt *blh*. 8 sanguinationes *bl*. 9 metum *bl*: meatum *h*. ne *b*. possunt *bl*. 10 et pat. *h*. 11 causa *h*: cū *bl*. 12 extensis *lh*: exiens his *b*. excalpello *b*, exscalpello *l*. 14 si cum *h*: sicut *bl* (*qui omittunt quae sequuntur usque ad p. 117,9*). illic (*ut vulgo*): illuc *h*. 15 pulpe fuerint invente *h*. 17 quod *h*. secandum *h*. 18 incipiat *h*. 19 urina sinetur pit *h*. 22 inringóthomo *h*. 24 ammittat *h*. tombos *h* (*sed* trumbos *h*°).

adponis, vel mulsam in qua decocta sunt faenum graecum et furfures et lenticula excoriata bene, et ex eadem mulsa encolpizas. si vero diutius sordidum remanserit vulnus, bene illuc mulsae et marrubium admisces. nam et ervi pollines et irin illyricam cum melle bene adponis, et a foris 5 ex pollinibus ervi cataplasma et artofacium inponis. cum vero vulnus canceraverit, si locus hic in proximo fuerit, poterunt universa medicamina quibus ad cancra utimur bene adponi. si vero intus fuerit canceratio, difficilis et periculosa cura effecta est. non enim possumus ad locum 10 medicamen ponere, et cum inicere coeperimus etiam sanas partes vexamus. quare oportet nos intus quidem levioribus uti medicaminibus, foris vero tepidis cataplasmatibus, et ex plurimo melle et modico oleo faenum graecum elixatum cum palmulis terere et admixto modico pane tepidum 15 cataplasma inponere vel artofacio frequentius uti, intus autem sucos herbarum plantaginis et zenzur et uvae lupinae et intuborum, vel sucos ipsos vel admixto modico vino vel aceto sic inicere. si vero nimietas cancri excreverit, ad aptiora auxilia accedere debemus, ut in vino 20 coria mali granati cum foliis rosae et turiones olivae et

1 adponis *bl*: *om. h.* in qua (in aqua *h*): *om. bl.* d. sunt: decoctum est *h*, decocta *bl.* lenticule *l* (-a *bh*). 2 scoriata(e *l*) *bl.* 3 encolpizas eum *b* (*non lh*). 4 illuc *bh*: illic *l.* mulsae: mulsa *bl*, ad mulsam *h.* herbu *b*, herbi *hl.* 5 hyrin illyricū *l*, irisirica *b*, yreos illirice *h.* bene *lh*: *om. b.* 6 artofa(i *h*)cium *bl.* 7 locus hic *bl*: locus ipse hic *h.* 8 poterunt: prodeṛ *b*, prode sunt *l*, possunt *h.* cancera *bl*, cancer *h.* 9 bene (his *add. l*) adponis *bl*, illuc bene apponi *h.* 10 (locum) ipsum *add. l.* 11 apponere *h.* coeperimus *bl*: quaerimus *h.* 12 oportet *h*: omnes *bl.* 13 medicamentis *h.* tepidū (-dis *h*) cataplasmatibus *bl.* et ex: ex *h*: & *bl.* 14 feno greco elixo *b*, fenum grecum elixatum *h*: et feni greco elixato *l.* 16 artofagiū *bl*, orificio *h.* frequentius uti. Intus *h*: *om. bl.* 19 canceris *blh.* excreverit *bh*: exercuerit *l.* 20 ad: ut ad (...debeamus) *h.* aptiora *b*: optiora *l*, potiora *h.* 21 tortiones olivae *b*, turionibus *olive lh.*

oleastri, cupressi etiam mollia et mala cydonia ibi decoquamus, et sic aut solum encolpizemus aut ipsi humori admisceamus alumen scissum vel acaciam vel lycium indicum vel ypoquistida. melius autem faciemus si ex ipso
5 humore encathismata adhibeamus. relevata vero in aliquantum causa possumus et dia chartu cum aquata pusca inicere, vel antheram illic solvimus et omnibus utimur iniectionibus quas in dysenteria habes positas. in statuta vero conceratione — quod visu probari potest iuxta pro-
10 xima loca si omnis nigredo ceciderit, si vero intus est cancer ex eo quod et dolor minuitur et fervor recessit, febres etiam si tranquillatae sunt, convertere debebis ad universa quae fervuram relaxare possunt, cibisque humanioribus uti in remissione scilicet aut febrium aut doloris.
15 (72.) cum vero limpidum fuerit vulnus, iam possumus et varios cibos et vinum dare et lavacro uti. universo enim resumpto corpore facile poterit et vulnus ad cicatricem pervenire. quo tempore bene utimur iniectione illa vini in quo decocta sunt folia rosae et cydonia mala
20 vel mespila vel sorba et lenticulae aut palmulae, ita ut sicut superius dixi ex ipsis rebus encathismate utamur. in pessario vero dia moron bene adponitur aut dia cadmias vel dia ladanu oleo conpetenter soluta. quae medicamina

1 Cypressi *h*: conpressa *b*, cū pressa *l*. citonia *bl*, cidonia *h*. 2 encolpizā *b* (-zamur *lh*). ipsum humorem admisceamus *bl*, ipso humori admiscemus *h*. 3 agatia *b*. 4 vel ypoquistida·*h*: vel stida (*sic*) *bl*. 5 et encatisma adh. *h*. relevata *h*: revelata *b*, revoluta *l*. 6 causa *h*: cū (*pro* cā) *bl*. 7 antherán *h*, antera *bl*. illic *bl*: illuc *h*. solvere *h*. utimur: uti *blh*. 8 dissenteria *b*, di(y *h*)sinteria *lh*. & instatuta vero *b*, & instituero *l*, statuta vero h. 9 qđ vis obprobare *b*. 11 minuit *blh*. recesserit *h*. 12 si tranquillitate *b* (*et om.* si) *h*, stranquillitate *l*. 13 humanioribus *bl*: humóribus *h*. 16 et (*ante* lav.) *om. bl*. 19 citonia *bl*. 20 et *bl*: vel *h*. aut palmulae *bl*: *om. h*. 21 encatismata utimur *bl*, encatisma utatur *h*. 22 diamaro *bl*. diacasmia *bl*. 23 dialadanum *h*: diadamnu(m *b*) *bl*. *& oleo bl (non h)*. com(n)petenti h (-ter bl).

et foris ab umbilico in iusum necessarie inducimus. sicuti enim cataplasmatum vel is quae a foris fuerint posita altitudinem penetrabit, sic poterit et emplastrorum virtus a foris inductorum penetrare et intus posita vulnera ad cicatricem rapere. 5

sed quoniam cum veterata fuerint vulnera vel non conpetenter fuerint curata, cancrum in matrice facere solent, idcirco huius curam subiungimus.

XXIII De cancro matricis. (*ind.* ρ̅λ̅ς̅)

(73.) Cancro quidem in matrice posito aliquando sine 10 vulnere est, aliquando cum vulnere. et ⟨si sine vulnere⟩ cum punctionibus dolor occurrit omnem vicinitatem pulsans ita ut ad renes et ad vertebra et ad umbilicum dolor perveniat. vel maxime tamen cum anhelare voluerit, tunc hi occurrunt dolores, universi autem corporis inaequa- 15 litas cum obripilatione, dolor quidem capitis et nervorum cum oculorum basibus, sudores frigidi, animi deiectio, languor, difficilis respiratio, somnus modicus et cibi fastidium. si vero etiam vulnus habuerit, humor putidus et faeculentus fertur, frequentius tamen et ad tactum 20 duritia quaedam ibi invenitur.

1 etiam foras *h*. ad umbilicum *h* (*non bl*). iniuso (*sed* inioso *ante ips. corr.*) *b*, et iosum *h*, in seorsum *l*. sicuti *bh*: cuti *l*. 2 vel his que *blh* (*sc.* vulneribus). posita: in(m)posita *blh*. 3 penetravit *bl i. e.* -bit *h*. 4 a foras *h*. 6 quoniam cum *h*: q; n̄ (quę non *l*) con(veterata) *bl*. vulnera — fuerint *om. l*. vel *om. b*. 8 subiunximus *h* (*non bl*). 10 quidem *bl*: *om. h*. aliquando — (11) est *om. l*. sine *b*: cum *h*. 11 cum *b*: sine *h*. *verba* (si sine v. *vel tale quid*) *omissa ipse addidi. cf. etiam Aet. (ap. Oribas. lat. VI p. 375)*. 12 ad *ter om. b, semel* (ut renes) *l*. 13 hanelare *lh*, alenare *b*. 14 hi: haec *bl*, hęc *h*. 15 obri(e *l*)pilatione *lh*, ebripilatione *b*. 17 langor *b*. et fastidium cibi *b* (et c. f. *lh*). 18 et humor *h*. putidus *lh*: putridus *b*. 19 feculentus *blh* (*τρυγώδης Paul. 3, 67* = *Aet.*). fertur. frequentius *h*: *om. bl*. adtactu *bl*: adactu h.

(74.) habet autem haec valitudo accessiones et dialimmata, ut quotiens in accessione est valitudo, cibus quem accipit aut corrumpatur aut in totum reiciatur, ventrem etiam solutum faciat, tussicula etiam sicca occurrat. cum vero dialimma venerit, praedicta omnia ex parte recedunt aut tranquillantur. quotiens ergo in accessione inveniuntur, rebus paregoricis curandum est, ita ut si cum abundantia humoris fuerit, stalticae res adponantur, si cum fervura calasticae. sollicite tamen haec omnia facienda sunt, si quidem ex omnibus rebus quae adponuntur cito in peius revocari consuevit. quare ergo si cum fluxu fuerit, bene oleum rosacium tepidum inicitur vel herbae calicularis aut plantaginis aut intuborum sucus, ita ut aut soli suci iniciantur aut admixto modico vino in quo decocta sunt rosae folia et melilotus et crocus. quibus etiam tritis, pro pessario adponi possunt. si vero fervor fuerit et illa signa accessionis occurrant, oleum dulce et non satis calidum iniciendnm est. pessarium autem simplex et cum modico mellé adponendum. nam ovo cum palmulis in mulsa vel in dulce cocto cilium ipsis cum palmulis bene teritur, quod aliquando etiam et adipes recentes

1 di(y *h*)alemmata *blh*. 2 cibus *h*: cibū *bl*. quem *om. l*. 3 acceperant *h*. aut totum *bl* corrumpatur *b*: -itur *lh*. reiciatur *bh*: -citur *l*. 4 soluta *h* (-ū *bl*). occurrit *bl* (-at *h*). 5 dialemma *bl* (cura vero dialemmta levigatur *sic h*). cedunt *h*. 6 invenitur. febris paregoricus curandus est *h*. 7 paragoricis *bl*. ut *et* cum *om. bl*. 8 res apponantur *h*: *om. bl*. si cum *h*: sicut *bl*. 10 ex *bl*: *om. h*. 11 revocare *bl*, provocari *h*. 12 rosaci(e *b*)um *bh*, roseum *l*. calicularis: *sic blh*. 13 solis *bl*. 14 aut *h*: *om. bl*. in quo *h*: in aqua *b*, in qua *l*. sunt *h*: est *bl*. 15 melilotū et crocū *bl*(*h*). tritis *bl*: casti *h* (clasti *h*c). 16 propessaria *b*, per pessario *l*. 17 occurrunt *b*, occurrerint *l*, fuerint *h*. satis *bl*: valde *h*. 18 simplicem *b*, -ce *l*. 19 modice *bl*. Nam ovum (...coctum) *lh*: cinamomū *b*. cum *h*: *om. bl*. cū mulsa *bl*. 20 dulce *blh*. cilium *h*: clivi (*sic*) *bl*. *cf. p. 53, 2*. ipsis: ipsius *blh*. *11 teritur h*: teruntur *bl*. et (*post* etiam) *om. bl*.

anserinos vel gallinacios accipiat et sic adponatur. encathismate etiam et vaporationibus et cataplasmate a foris bene utimur. cum vero dialimma venerit, analeptico cyclo primo resumenda est. dehinc et paulatim latenter metasyncritica subiungenda sunt, ita tamen ut omnes excessus 5 semper mulier fugiat, vel maxime etiam cibi. [licet enim universi excessus huic valitudini sint contrarii, vel maxime tamen cibi] indigestio, quae hanc valitudinem ad periculum adplicare consuevit. hac enim diligentia si mulier in totum curari non potuerit, vel non gravissimis dolo- 10 ribus torquebitur et sine tormento diutius vivere potest. multi autem cum temporibus servire non noverunt et rebus acerrimis in ipsa accessione utuntur, adseverant quod nulli medicamini haec valitudo consentit, cum inperitia eorum quicquid adpositum fuerit reprobari videatur. 15

(XXIIII)

Subsequebatur schema

de fistulis in matrice positis, (*ind.* ρ̄λα)

(75.) quod schema transferre nolui, siquidem obstetricibus supervacue hoc insinuabimus, cum etiam peritissimos me- 20 dicos ad inspiciendum et ad curandum haec fistulae turbare possint.

1 accipit *h*. adponitur *bh* (-atur *l*). encatismata *b*. 2 vaporationes *l*. 4 utimur *h*: in(m *l*)ponimus *bl*. dialemma *bl*, dyaligma *h*. anelentico *b*, inaleptico *l*, analemptico *h*. cyclo *h*: *om. bl*. 4 metasi(y *h*)ncretica *blh*. subvenienda *b* (*non lh*). 5 om̄s ex|nimietas cessum (*ex gl.*) *h*. 6 etiam *b*: tamen *lh*. 6 licet — (8) cibi *h*: *om. bl*. 7 excessum (*ut antea*) *h*. 8 digestio *bl*. qui *b*: que *lh*. 9 si *bl*: etsi *h*. 10 poterit *h*. 11 torquetur *h*. tormento *om. l*. potest *h*: non possunt *bl*. 12 Multis enim temporibus servare n. n. *bl*. 13 utentur *bl*. 14 cum *h*: cui *bl*. 17 Subsequebatur *bh*: Subsequitur autem *l*. scema *blh*. 20 insinuavimus *b*: insinuamus *lh*. 21 adspiciendus et ad curandū *b*, ad inspiciendos & ad curandū *l*, ad inspiciendum *et curandum h*. haec (hęc lh) blh. turbare b,

ceram punicam ÷ I et S, adipes anserinos, oesypum, medullam cervinam ana ÷ I, mel ʒ I, gelamina ovorum II, olei rosei quod sufficit. ⟨commisce⟩ et utere.

14. si duritia matricis fuerit aut inflatio, pessarium calasticum quod conficis sic. recipit haec. cedrium ÷ I, adipes fasiani, butyrum ana ÷ II, medullam cervinam, terebintinam ana ÷ III, ceram ÷ VI, oleum nardinum ÷ II, oleum liliacium ÷ VI, adipem porcinum ÷ III, adipem anserinum ÷ I et S. solvis et ammisces oleum et temperato medicamine curabis, et miraberis effectum. primo encolpismum parabis, et sic curabis de isto medicamine.

15. sucum faeni graeci, sucum lini seminis, sucos ptisanacios, singulos calices minores, mellis heminam I. hoc per triduum facis, et sic medicamina adhibes ut nullum sit inpedimentum.

16. si dolor fuerit in illa aut inpedimentum pedum ad ambulandum, pessarium calasticum aliud facies. recipit haec. ovorum gelamina elixata II, crocum ʒ IIII, ysopum farmacum ℥ IIII, medullam cervinam ÷ II, ceram punicam ÷ I et S, adipes anserinos, terebintinam ana ÷ I. medullam et ceram et adipes et resinam coques, species vero tunsas et ad pulverem redactas cum gelamine ovorum misces, illud quod decoctum est tepidum inmisces, et uteris.

17. pessus ad conclusionem matricis. spicam indicam, adipes gallinacios ana ℥ IIII et S, adipes anserinos, adipes porcinos, adipes taurinos, medullam cervinam, oleum nardinum ana ʒ IIII, sucum ysopi ℥ III et S, ceram punicam ℥ III. commisce et utere.

18. pessus ad defrigidationem matricis et quae sub umbilico et renibus dolet. et purgat et relaxat et menstrua deducit sine dolore. et ⟨facit ad⟩ dolorem et quando purgantur. et ad conceptum. recipit haec. spicam nardi ℥ X, fasces gallicos ℥ II, alumen iudaicum ℥ II, lignum balsami ℥ IIII, calamum aromaticum ℥ VII, crocum ℥ I, libanum, irin illyricam ana ʒ IIII, costum ℥ II, bdellium ʒ III, myrram tro-

1 ysopum. 2 oleo rose. 5 que (*sic*). 9 solves ⟨species *add. W. p. 118. 133. 182*⟩. 10 m. Adfectum primo encolpismo p. 12 Sucos fenugreci. Sucus ptisanacios. 13 mellis. Meru .I. 14 nullus. 17 alium. 18 gelamina. crocum: c̄c̄. farmacum. (*sic*, farina tritici *W. p. 179*). 22 cum geliamina o. inmisces illud . . . tepidum inmisces. 29 defrigdacionē (infrig. *W.*). Et qui. 31 et purgat (*sic*) dolorem et q. p. 33 iudeicum. 34 c̄c̄ *yris illirica.* 35 m. argonite.

glodyticen ℞ II, terebintinam ʒ XVI, stafisagriae heminam I, nellis heminam I. commisce simul et utere.

19. pessus desiccatorius ad reumatizantem vulvam et ad omnem scabiem. recipit haec. stibium ℞ II, tus masculum ℞ III, plantaginis sucum accipies et pones. ad usum vero stibium et tus facto pulvere de suco plantaginis consparges, et siccet. et quando volueris uti, teres cum albore ovi et uteris.

20. pessus magnus ad vulnerationem matricis vel ad omnem scabiem nimium probabile. recipit haec. tus masculum, masticen, cerussam, ⟨galbanum⟩ ana ʒ IIII, ceram punicam ℞ VIIII, pomfolyga ℞ VIII. haec omnia teres sine pomfolyge, mittes vinum album modicum et teres, postea mittes pomfolyga et solves ceram ex oleo liliacio ÷ I. commisces et uteris.

21 (= *Leid.r 2*). pessus ad conceptionem mirificus experimentatus. recipit haec. spicam nardi, costum, folium, myrram ana ℞ II, amomum ʒ IIII, medullam cervinam, adipes anserinos ana ʒ VIII, ceram punicam ℞ III, oleum nardinum ʒ VIII, oleum roseum ʒ IIII. commisce et utere. sed istud fit ubi nimia fuerit defrigidatio.

22. pessus aromaticus ad eas quae non facile purgantur et ad duritiam et ad constrictionem matricis. adipes taurinos, oleum vetus, ceram punicam, oleum nardinum, terebintinam, medullam cervinam, sucum ysopi, butyrum ana ÷. solves haec omnia lento igne et mittes tus masculum ÷ I. et teres in mortario spumam argenti ÷ I, cerussam ÷ I, ita ut per se terantur cerussa et spuma argenti. postea in alio mortario inmisceantur omnia. teres simul et uteris.

23. pessus ad omnia vulnera et calefactiones et tumorem et dolorem matricis. recipit haec. ceram punicam, butyrum sine sale ana ℞ X, oesypum, sevum cervinum ana ʒ VIII, adipes anserinos ℞ IIII, oleum roseum quantum sufficit. facit autem ad dolorem lumborum et ad tumores et ad omnes infirmitates.

24. pessus ad omnes matricis infirmitates et vulnera.

1 Stafisagria emina .I. 4 Stybeo (*sic* = *gen.* stibeos?) 5 Ad usum vero alborę ovi. et utere. Stibeo et thus factum pulver de suco *etc.* 6 sciccet. quando 7 teres: tres. 9 Mastix. Cerussa. Gesbfigm. (*sic, ubi* galbanum *W. p. 170. cf. 142*). 11 Pomfoligo. pomfoligo. 12 mitte pomfoligo et s. cera et oleum liliacium. 13 uteres. 18 commisces. 19 defrigdacio (infrig. *W.*). 20 Qui. non facile: facile (*ante corr. qui* difficile). 23 *deest numerus post* ÷ 24 mittis. 26 inmiscatur. 27 utere. 30 ysopum.

sevum taurinum, aeruginem campanam, resinam, ostrias ustulatas et in pulverem redactas ana ℞ I, adipem anserinum ℥ II, de malagranata sucum quantum sufficit. de his omnibus pessarium conficis et uteris.

25. pessus ad sanguinem provocandum. ficum pinguem ℞ VI, myrram ℥ VI, galbanum ℞ II, afronitrum ℞ III, mel ℞ II. teres in vino.

26. pessus ad declinationem et tumorem. crocum, oesypum ana ℥ II, medullam cervinam ℥ III, resinam terebintinam ℥ S, adipem anserinum, gelamina ovorum elixa ʒ I, oleum irinum et roseum aequis ponderibns. commisce et utere.

27. pessi aromatici ad duritias. resinam terebintinam ℥ II, ceram punicam ʒ VIII, oesypum, butyrum, crocum, medullam cervinam ana ʒ IIII, oleum rosacium ℞ III. adipem porcinum, nardum, pollinem faeni graeci ana ʒ I, cassiam, costum ana ℥ II. ceram tyrrenicam ʒ XX, oesypum, masticen, butyrum, medullam cervinam, adipem vitulinum, adipem anserinum ana ℥ VIII, oleum roseum ℞ IIII, crocum ℥ IIII, mellis ℞ II.

28. alius pessus malagmaticus. ceram tyrrenicam ℥ XX, adipem anserinum, oesypum ana ʒ VIII, medullam cervinam, crocum ana ʒ IIII, resinam terebintinam ʒ II, mellis cotylam I, oleum roseum quod sufficit.

29. pessarium ad menstrua provocanda. butyrum, resinam terebintinam, oleum roseum aequis ponderibus commisce et utere.

30. [ad menstrua provocanda. tunc optime deducis, si compositiones quae demonstrantur, suis temporibus dederis aut his diebus quibus purgari solita est. neque utile est semper potiones dari, sed subiectiones fieri aut excalfactiones et cataplasmata, ut remissionem corporis habeant, quo facilius medicaminis virtute proficiant. itaque si menstrua deducere vis, nitri fios pusillum et farinae mundae aliquid ex oleo in os

1 | Eruchiugine campanum (*sic*). ostrię ustulatę...redactę. 6 *hic* murra. afronitr(ia?) | *detrit.* 7 vinum. 8 oesypum (*Wolf*): ysopū *inter lin. add. corr.* 10 adipe anserini (*sic sine pond. nota*). geliamina. 11 commisceo. 12 pessum aromatici (*singulos discrevi*). 13 ysopum. c̄c̄ (crocum). 15 *post* feni greci *verbum erasum* (*ubi* 'et melilotum' *legit Wolf. harm. p. 132. 182*). 16 ysopum. 17 *post* cervina *erasa apparent verba* resina terbentina. 21 ysopum. 27 *sequentia* '*ex Cleopatra*' *dat Wolf. harm. p. 93* (*cf. Cleop. cod. Hafn. f. 31*[b] *qui similia habet, non eadem*). *29 est: erit* | est (*sic*). 30 ex calfaccione. et cataplasmata.

matrici subige et subpone in proximo. hoc et humores omnes detrahit.

31. aliud. puleium sine fumo vel recens tritum, myrram, piper contere bene et in pessos subige.

32. alius pessus qui sanguinem menstruum deducit. elleborum nigrum et myrram pari pondere contere et in se fac bene ut lenia sint. admisce unguenti pusillum, et fac ut nucleus modicus olivae similis, et subpone.

33. ⟨alius⟩ pessus minoris ℥, myrrae ℥, micam salis ʒ. teris omnia deinde oleum liliacium quod sufficit admisce ut spissum sit et subige.

34. alius pessus. etiam stercus detrahit. elaterium scripulum I, scammoniam ʒ dimidium cum suco porri virginis contere et fac pessarium et subige.

35. potio ad menstrua provocanda. cyminum tritum ex aqua mulsa da ut bibat.

36. alia potio. puleium sine fumo aut recens bene tritum cum vino da ut bibat.

37. alia potio, ut sanguinem menstruis plurimum detrahas. violae semen et myrram pari pondere conteris et ex vino bono da ut bibat. quod si validius detrahere voles, piperis grana V aut VII aut VIIII admisces.

38. potio optima. piperis ʒ et absinthii tantundem tere ex aqua. da ut bibat. etiam quae ad praesens conceperit statim deiciet, ut sanguinem resumat quod de menstruis venire volet.

39. sunt aliquae mulieres quae volunt menstrua sua differre. hac propter ad colum piperis albi contusi et faeni graeci aequale pondus teris ut pulverem facias. admisce in condito, et dabis in balneo, cum in sabanis sederit, die intermissa usque ter.

40 (= *Leid.r 8*). mulier ut concipiat etiam si numquam conceperit. capra cum peperit, antequam haedus eius suffe-

1 matrici (*sic*). 3 pulegium. 4 pessa. 5 alius pessum. Elleboris nigri (*cet. cf. Cleop. ap. Wolf. p. 94*). 7 *cf. Cleop. c. 23 cod. Hafn. f. 31a* et facias quasi similitudinem olive et subpones. 8 subpone. pessus minoris (*sic*). 8 *nunc cf. ap. W. p. 97 (Mosch.) et p. 95 (Cleop.).* 9 muca (*sic*). 12 aliud pessus. 13 scamonia. 14 *post* subige: EX PES (Explicit pessaria). 17 pulegium. 18 ut: &. 23 absenti. 25 resuma a q̊ (*sic*). 28 Ac p. contusum. 29 admisce inconditum. 33 edus. suffecerit (*sic*, surreterit *W.*, surgat *Leid.*).

cerit et lac sugere incipiat, mulge et ex eo fac caseolum et in sinistro brachio in linteolo obligatum suspendito ut portet mulier. sed cum in balneum ire voluerit, domi illum munditer reponat. reliquis horis omnibus secum habeat.

41 (= *Leid.*[r] *9+10*) (*cf.*[v] *3—4*). mulier ut facile concipiat. myrtam viridem tunde et sucum eius in lana collige. et post coitum statim sibi subiciat, sed aqua se non abluat. et concipiet.

42. ut mulier concipiat. herbae artemisiae sucum cum myrra trita commisce et in lana collige. deinde statim post coitum subige, et concipiet. sed vide ne se sublevet.

omnia quae monstrantur tunc maxime ad effectum perveniunt, si tunc fient cum mulier menstruabitur.

43. pessarium emagogum. myrram ℞ I, aloen ʒ I, semen violae ʒ I, crocum ℞ II, castoreum ÷ I, butyrum et oleum nardinum. omnia teres et de nardino temperabis.

44 (= *Leid.*[r] *3*). pessus conceptorius. adipes anserinos ÷ IIII, crocum, myrram, adipes gallinae, masticen, oleum cyprinum, ceram punicam, medullam cervinam, sucum ysopi, resinam terebintinam, adipes ursi, adipes leaenae ana ÷ II. haec omnia in vapore decoqui facito, et inde femina secrete ponat et viro misceatur.

45 (= *Leid.*[r] *4*). pessus conceptorius ad tumorem et ad callositatem matricis et ad duritias. cerussam, medullam cervinam, ceram punicam, butyrum, oleum gleucinum et nardinum ana ÷ I, resinam terebintinam, masticen, tus masculum, spumam argenti aequis ponderibus. ut supra scripta sunt, quae sicca sunt tundis et cribellas et teris, et solvis supra dictas species, et uteris. permagnum est.

46. pessus malacticus ad duritias ⟨et⟩ ad declinationem matricis. ceram punicam ÷ I, adipes anserinos, medullam cervinam ana ÷ I et S, oesypum ℞ IIII.

47 (= *Leid.*[r] *5*). pessarium conceptorium. medullam cervinam, resinam terebintinam, storacem, masticen, sucum ysopi,

2 obligatum: obliga. nunc (*sic*). 3 balneo. 7 abluat *Leid.*: sublavat (*sic*). 11 sublevet *Leid.*: subluat (abluat *W.*). 13 menstruabitur (*sic*) pessos. (*ubi* pessos *est pro titulo. sequuntur enim usque ad finem* Pessaria). 14 aloe. 16 nardo. 18 mastix. 20 adipes ursi *add. corr. vet. in marg.* 21 feminę secreta p. (feminę supponi *W.*, femina sibi supponat *Leid.*). 22 et concumbat *W. cum Leid.* 25 glaucinum. nardum. 26 mastice. 28 tundes et cribellas teres (*addidi* et) ...solves. 30 et *om. cod.* 32 ysopum. 34 storace. *mastix.*

adipes anserinos, butyrum, mel, ceram punicam, sucum faeni graeci, oleum susinum ana ℞ I, nardi ℞ IIII.

48. pessus de novem speciebus qui facit ad fervorem et vulnera recentia matricis. ceram tyrrenicam, resinam terebinam, adipes anserinos, butyrum ana ℞ I, medullam cervinam, 5 mel, oleum roseum, oesypum, adipes taurinos ana ℞ II.

49. Orionis conceptorium. lunam novam die Veneris et die Solis observare debebunt ambo, et die Iovis lavari debet mulier calide. post balneas sedeat ad encathisma. hac incendes myrtam, et uteris triduo. 10

50. pessus libianus. storacem, masticen, adipes gallinacios, medullam cervinam, oleum cyprinum ana ℞ I, ceram tyrrenicam ℞ II.

51. pessus xeranticus id est qui desiccat matrices quae tumorem patiuntur. recipit stibeos lapides ℔ II, libanum id 15 est tus masculum ℔ III. sucum plantaginis misce cum albore ovi.

52. pessus ad eas quae tumorem habent in matrice aut ⟨quibus⟩ pars eius evulsa est aut vexata aut ⟨quae⟩ de aliqua strictura aut de fervore laborant aut quae non purgantur. recipit adipes gallinacios, adipes anserinos, adipes taurinos, 20 deinper renes, adipes porcinos recentes, medullam cervinam, ceram punicam, oleum gleucinum, oleum irinum, oleum cyprinum, oleum nardinum, sucum ysopi ana ℞ III, resinam terebintinam, resinam frixam ana ℞ I. 25

53. pessus ad matricem commalaxandam id est molliendam. medullam cervinam, adipes anserinos, nardum, ceram punicam, adipes gallinacios, oleum cyprinum ana ℞ I.

54. pessus ad fluxum sanguinis. irin illyricam tundes et pulverem facies. cum lacte humano misce et tepidum subpone. 30 experimentatum est.

55. pessus qui facit ad reumatizantem matricem et vulnera. tus, masticen, ges astera ana ℔ IIII, ceram tyrrenicam,

1 mellis. 2 susinum: sesaminum *Leid.* 3 Pessum de nove species qui f. 6 mellis. ysopum. 7 dies veneris in dies solis. 8 dies iobis lavare. 9 sedat (*sic incipit f. 28. inter fol. 27 et 28 unum folium idque vacuum excisum esse apparet*). hęc incendeṇs (*sic*). 11 Pes̄s libianos. mastix. 14 Pessus erranticos i. que (q;) desiccant matricis. Id est qui (q) h. p. 15 Stibeos lapides (*pro* -dis?). 18 Pessos...qui. 19 quibus, *item* quae *addidi.* 20 qui. 22 recens. 23 glaucinum. 26 Pessus *sic.* 29 Yris illirica. 30 inmisces. 32 Pessum qui faciunt.

pomfolyga ana ÷ I. ista omnia tundis et cribellas praeter pomfolyga, teris diligenter et mittis illuc ponfolyga. facis cerotum et mittis oleum susinum ÷ I, oleum myrtinum ℞ ⟨ ⟩.

56. grafarium qualiter embases facere debes. id est olei quiatos III, in quibus mittes aquae quiatos VI. et in hoc mittes laurum, myrtam, althaeam, cymas cypressi, cymas pini, radices ulmi, zibber, saccana. et haec omnia mittes in oleum supra scriptum et aquam et tam diu decoquantur quam diu herbae madescant et omnem aquam deducant. et cum ad oleum remanserint, quantum fuerit oleum, in uno colligis et calefacto quod corpus sustinet fovebis. identidem facis pessarium. colligis vulvas leporinas, cum maiore diligentia desiccas et teris ut ad pulverem redigas, cribellas, et sic pessarium facis de lana alba, unguis butyro recente et aspergis pulveres de vulvis supra, et sic uteris dies V, ita ut inter embases et aliam curam pauset dies V.

57 (= *Leid.*[r] *7*). pessus conceptorius. storacem calamiten, masticen, ladanum, folium, sarcocollam, cassiam, spicam, crocum, coagulum leporis, dactylos, adipes taurinos ana ℞ IIII.

58. pessarium ad fervorem matricis et praefocationem valde utile. althaea decocta et adipem vitulinum et anserinum et resinam terebintinam modice addas. quod appositum plurime prodest.

59. item althaea cocta, exinde super sedere mulierem ⟨facis⟩ ad vaporem. menstrua provocat.

60. haec radix decocta in vino bibatur. difficultatem urinae solvet.

Explicit pessaria in quibus continetur omnium feminarum sanitatis auxilium.

EXPLICIT GYNAECIA MVSCIONIS AVCTORIS.

1 Ponfoligos. tundes...cribellas...teres...mittes...facis...mittis. 2 ponfoligon (*bis*). 3 ℞.; (*sic, abest numerus*). 4 gerafadium. Id est olei ą III (*sic*). 6 altea cimas. 7 Zibber. Saccaná. (*sic*). *cf.* ζίγιρ *cassiae sp. Diosc. 1, 12.* 8 decoquat. 9 herbas. 10 aliqua | tum fuerit oleum. 11 (identidem f. *sqq.* = Ad idem facis *Leid.*[r] *6*). colliges ...desiccas et teres...cribella et sic facis...ungues...asperges. 13 butyrum recentem. 14 de vulvas. inter basis 20 utile est. Altea... 21 addatur. quē appositum. 23 Idem. 25 bibat. 27 in quas. 29 *post* auctoris *ita pergit cod.* Incipit prologus cleopatre. cum eiusdem capitula. 'Desideranti tibi...' (*ceterum Explicit illud totum 27—29 omisit codex Palatinus, qui unus cum Hafniensi etiam Pessaria illa habet).*

(89.) si vero frequenti casu alienata fuerit ut et nigrescat, utimur medicamentis quibus cancrum tollere consuevimus, vel ferro nigredinem ipsam alienatam et mortuam praecidimus. si autem et omnis matrix fuerit nigra, totam praecidimus. [nec mirum videatur et incredibile quia 5 dixi praecidimus.] si quidem antea paulatim valitudine ipsa alienata et mortua est, sic nos eam tollemus. adseveratur etiam quod frequenti casu vulnerata aut in sinu muliebri cohaerere solet aut pinnaculis ipsis conglutinari. quam rem separare et difficile est et molestum. bene 10 autem placet nobis sic eam dimittere, si quidem plurimas mulieres sic diutius vixisse antiquitas adseverat.

XXXII De clusura orificii matricis (*ind.* ρλζ)

quam Graeci fimosin dicunt.

(90.) Clauditur orificium matricis aliquando fervore 15 aliquando cicatrice, praecedente scilicet vulnere, aliquando durissima callositate. quae clusura mulieris dicitur, quia neque semen viri recipere possunt aut si naturaliter fuerit conceptum, infantem parere non potuerunt. organo ergo patefactae mulieres et oculis videri possunt et digitis ad- 20 prehendi. quotiens autem in fervura est et ruborem habet et inflatum videtur, oportet omnibus etiam uti quae

1 ut et nigrescat *om. l.* 4 precidimus — (7) mortua est *om. l.* si autem — (6) praecidimus *om. b.* 5—6 *sol. praebet h.* 5 nec: ne *h.* 7 alienatur et emoritur *h.* nos *bl*: *om. h.* tolle(i *h*, a *l*)mus *b.* 8 vulnerata *h*: -tur *bl.* 9 in pinn. *bh.* conglutinare *blh.* 10 quem rem *bl.* 12 sic (d.) *om. h.* adseverant *l.* 14 quem...dicunt *bl*, que...dicitur *h.* greci *blh.* fymos *b*, fymon *l*, fimos *h.* 15 cluditur *h.* de fervore *l.* 17 durissima callositas *bl*, durissimo callo *h.* que clusura *bh*: quam clusuram *l.* mulieris *b*: -res *lh.* dicitur: *om. h*, dicunt *bl.* quia: quę *l*, q̄; *b*, *om. h.* 18 naturali *blh.* 19 parere *bh*: perire *l.* potuer̄ *bh*: poterint *l.* ergo *bh*: vero *l.* 20 oculis videre possunt *b*, oculi videre non possunt *l*, oculi videri potest causa *h.* 22 v. quando oportet omnibus paragoricis *utique h*, *v.* omnibus etiam utique bl.

pomfolyga ana ÷ I. ista omnia tundis et cribellas praeter pomfolyga, teris diligenter et mittis illuc ponfolyga. facis cerotum et mittis oleum susinum ÷ I, oleum myrtinum ℞ ⟨ ⟩.

56. grafarium qualiter embases facere debes. id est olei quiatos III, in quibus mittes aquae quiatos VI. et in hoc mittes laurum, myrtam, althaeam, cymas cypressi, cymas pini, radices ulmi, zibber, saccana. et haec omnia mittes in oleum supra scriptum et aquam et tam diu decoquantur quam diu herbae madescant et omnem aquam deducant. et cum ad oleum remanserint, quantum fuerit oleum, in uno colligis et calefacto quod corpus sustinet fovebis. identidem facis pessarium. colligis vulvas leporinas, cum maiore diligentia desiccas et teris ut ad pulverem redigas, cribellas, et sic pessarium facis de lana alba, unguis butyro recente et aspergis pulveres de vulvis supra, et sic uteris dies V, ita ut inter embases et aliam curam pauset dies V.

57 (= *Leid.*[r] *7*). pessus conceptorius. storacem calamiten, masticen, ladanum, folium, sarcocollam, cassiam, spicam, crocum, coagulum leporis, dactylos, adipes taurinos ana ℞ IIII.

58. pessarium ad fervorem matricis et praefocationem valde utile. althaea decocta et adipem vitulinum et anserinum et resinam terebintinam modice addas. quod appositum plurime prodest.

59. item althaea cocta, exinde super sedere mulierem ⟨facis⟩ ad vaporem. menstrua provocat.

60. haec radix decocta in vino bibatur. difficultatem urinae solvet.

Explicit pessaria in quibus continetur omnium feminarum sanitatis auxilium.

EXPLICIT GYNAECIA MVSCIONIS AVCTORIS.

1 Ponfoligos. tundes...cribellas...teres...mittes...facis...mittis. 2 ponfoligon (*bis*). 3 ℞.; (*sic, abest numerus*). 4 gerafadium. Id est olei ℥ III (*sic*). 6 altea cimas. 7 Zibber. Saccaná. (*sic*). *cf.* ζίγιρ *cassiae sp. Diosc. 1, 12.* 8 decoquat. 9 herbas. 10 aliqua | tum fuerit oleum. 11 (identidem f. *sqq.* = Ad idem facis *Leid.*[r] *6*). colliges ...desiccas et teres...cribella et sic facis...ungues...asperges. 13 butyrum recentem. 14 de vulvas. inter basis 20 utile est. Altea... 21 addatur. quē appositum. 23 Idem. 25 bibat. 27 in quas. 29 *post* auctoris *ita pergit cod.* Incipit prologus cleopatre. cum eiusdem capitula. 'Desideranti tibi...' (*ceterum Explicit illud totum 27—29 omisit codex Palatinus, qui unus cum Hafniensi etiam Pessaria illa habet*).

tamen usum sine inpedimento sustineant. si vero inpedimentum illud quod in orificio est pertusum fuerit, etiam purgatio quidem effici potest, conceptus tamen denegatur. si autem caverna illa contra orificium matricis est posita, potest etiam conceptus fieri, partus tamen in 5 totum denegatur.

adprehenduntur autem haec omnia organo patefactis mulieribus ut et visu videantur et tactu probari possint. si enim numquam in ipsis vulneratio praecesserit, cum hac valitudine natae sunt mulieres. si vero praecessit vulnus, 10 sic sibi praedictae partes cohaerere potuerunt ut cicatrice solidatae sint. si ergo in pinnaculis fuerit clusura, visu videbitur. si autem in medio est pulpa vel membranum, post pinnacula inmissus digitus in medio non admittitur. separatur autem hic pulpa sit an membranum quod in- 15 pedit, ab eo quod pulpae solidiores sint et duriores, membranum autem pressum et mollius sit et cedat. nam et ipsa mulier relatione sua instruere poterit ad quae officia inpediatur, ita tamen ut orificium clusum non possit nisi organo videri. si quidem et cavernam modicam ha- 20 buerit, et purgatio qualiscumque fieri potest et conceptus. sed cum pariendi tempus venerit, tunc periculum

1 susti(e *b*)neant(ur *h*) *l*. 3 quidem *om*. *l*. negatur *h*. 4 contra *h*: quę (q̄; *b*) cū *bl*. 5 tamen *lh*: autem *b*. 7 organo *l*: -na *bh*. 8 mulieribus *h*: -res *bl*. videntur (*om*. ut)...possunt *b*. 9 ibi (in ipsis) *add*. *l*. cum *h*: quę (q̄; *b*) cū *bl*. 10 sunt *h*: sint *bl*. precesserit *l*. 11 sibi *bl*: ibi *h*. poterint *b*, potuerint *l*. ut...sint: et... sunt *blh*. cicatricē (*sic*) *h*, -ces *bl*. 12 ergo *h*: vero *bl*. 13 autem *bl*: vero *h*. pulpa — inmissis digitis (*sic*) *h*: pulpalis a(d *l*)missis dicit'(ur *l*) *bl*. 15 hic pulpa — membranum: a pulpasit. an m̄branum *h*: haec pulpa posita in membranum *bl*. 17 autem *om*. *h*. est et cedit *bl*. 18 relaxatione *blh*. i. non poterit *blh*. adq̄; *b*, atque *l*, aqua *b*. 19 impediatur *h*: in(m *l*)pediu(a *l*)ntur *bl*. officium *h*. non posē (-sit *h*) nisi o. videri(t *b*) *bh*: non possit aperiri nisi organo viderit *l*. 20 et *bl*: si et *h*. 21 possit *bl*.

rinum vel caprinum cum rosa mixtum. danda etiam potio castoreum vel gitti et anetum. si vero vulva exulcerata est, cerotum ex rosa fiat et suilla recente axungia, et ovi albumen misceatur et sic adponatur, vel albumen de ovo cum rosacio
5 mixtum adiecto et rosae trito pulvere. aut suffimentum matrici fieri ex sulphure debet, tollit dolorem. aut si purgatio mulieri nocet, cucurbitae cute incisa inguinibus vel sub mammis adpositae iuvant. si vero maligna purgatio est, subiciendа sunt medicamenta quae evocent sanguinem, costum puleium
10 violae albae apium nepeta et satureìa et ysopum. in cibo quoque accipiat quae apta sunt, porrum rutam cyminum caepas sinape vel omne acrum olus. si vero sanguis qui ex inferiore parte erumpere solet, ex naribus eruperit, incisis inguinibus adponenda est cucurbita, idque per tres vel quattuor menses
15 ut tricesimo quoque die repetierit. tunc scias te hoc vitium sanasse. si vero non se sanguis ostenderit, scias ei dolorem capitis surgere. tunc ex brachio ei sanguis emittendus est, et statim curasti eam.

1 dandas *l*. 2 gitti *b*, gytti *l* (git *Plin.*). 3 cerotum *b*: tunc *l*. fiet *b*. et suilla *l*: et exuilla *b*. 5 mixto *bl*. 6 sulphore *b*, sulfore *l*. 7 inguinibus *l*: inuiribus *b*. 8 iuv(b *b*)at *bl*. maligna *l*: *om.* *b*. 9 sunt *b*: est *l*. costo *bl*. puleio *b* (-u *l*). 10 albo *b*. apius *b*: amplius *l*. nepta et *b*, nepita et *l*. et (*ante* ys.) *l*: *om.* *b*. incibū *l*: cibū *b*. 11 porro *l*. rutas *b*, -ta *l*. caepas *b*, cepas *l*. 12 se(ę *b*)nape *bl*. agrum *b*. inferiore *b*, -ri *l*. 13 si (*ante* ex) *rep.* *bl*. incinibus *l*. 14 vel *b*: aut *l*. 15 ut *om.* *bl*. sciat *l*. te *om.* *bl*. 16 ei dolore *b*, eis dolores *l*. 17 brachio eis s. *l*, brachiis s. *b*.

Ex cod. Laur. 73, 1 f.154sqq.

INCIPIT LIBER GENECIAE AD SOTERIS OBSETRIX.

Soranus Soteris dixit obsetrici ad singula querenti ab eodem, id est de fisin muliebri, qua casu edat infantem, vel qualiter debeat observare vel si in secundis morabitur, aut si intus aliquid in utero remanserit, debeat subveniri, vel qualis nutrix adhibeatur, vel qualiter infans nutriatur. 5

28 Soteris dixit. Ruborem in facie permanentem aut subinde se infundentem, subito nausiam aut fastidium inesse, quid ostenditur?

Soranus respondit. Signum est menstrue purgationis, (29) iam susceptio conceptū quod matrix praeparata loca ad retentione seminis nuper acceptum sit. 10

29. Soteris d. In quo anno aetatis utilis conceptio?

(28) Soranus r. Ab annis nubendis legitimis quattuordecim ... (f. 154 a)

30. Soteris d. Salutaris est perpetua virginitas? (f. 158 a)

Soranus r. Salutaris omnibus modis est. viris et mulieribus contraria est res venerias. 16

31. Quam diu virgo servetur?

Dum incipiet purgari, tunc naturam ipsam matricem ostendit. 20

32. Quae sunt quae cito concipiunt?

Scilicet quae purgantur suo tempore puro sanguinem mediocrem, os autem matricis porrectum habent et longum et resolutum, et quae facile cibos digerent et mortaliter hilaris. | (f.158a 2)

33. Quid tempus est utile mulieres ad concipiendum? 25

14 *post* quattuordecim *sequuntur sine albo verba* pite infans veniat. aut qui est rectum et optabilis partus contra natura sunt. tamen si duplicis id est qui nativitate adveniunt. et hi qui pedibus sepissime qui matribus sunt innexe unde cremantur. utrum de timore aliquo sit dolor *etc. quae ad qu. 16 sqq. pertinent. interponuntur autem quae hic exciderunt interrogationes libro collectionis huius gynaeciorum Pseudosoranae libro secundo fol. 158 a 1 p. med.*

Illud cum purgare desint ut non aliena amare voluntatem, neque vacua sit, neque redundent cursus.

34. Utilis est conceptio, quando septimo sanguis ostendit concipiat?

5 Non est utilis, qua multas habet molestias corporis. nam qui nascuntur, hii difficile sani sunt corpore, maxime vulneribus obpleti et matres aegras facit, sed in fine purgationis conceptio salutaris est.

* Quid est conceptio?

10 Recens habundantia semini. quare mulier ut reliqua animalia et pecora, sinuosam matricem habent, et tenuissimis membranis velut habitaculis separantur, ita ut acceptum semen genitale quod humano semine habundantius est sive gestum fuerit corporis, aut excitatum animal cucurrerit, statim per 15 omnem loca matrix adtulerit, tunc dicta est conceptio.

* Quare dicta est conceptio?

Ex quo retinent semen certum.

* Unde dicitur rersis?

Conceptio est rersis, eo quod occulto acceptum. stitio enim 20 greci, id est eurupton qui utique latine absconsa dicimus.

(f. 158 b) 35. Quae sunt signa conceptionis? |

Quia post conceptum mulier languire incipit, et os matricis statim cluditur et siccum esse aut leviter udum.

36 . . .

25 A veteribus sic est traditum quod per citius moveatur et fortius et pregnante levi animi esse et dextra mamma dolore habere. puella vero tardius moveri, et maiores molestiam facere, et nos humores similia putamus.

37. Quid est cissa?

30 Desiderium quoddam cibi extra consuetudine. haec autem (40) permanet qui|busdam usque ad partum, aliis tantum in primo conceptu.

38. Unde cissa dicta est?

Quibusdam putatur secundum vocem habent quae hoc 35 nomine nuncupatur, et plurimis viris adornata est. quibusdam autem hedera quae grece cyson dicitur, quae haec non retento ordine, sed tortuosa gyrat arbores, unde mulieris scissam pati dicuntur, quae non consuetis aut cottidianis cibis, sed extraverais venientibus delectetur.

40 (42) 43. Quae horum curatio?

10 *ante* Quare *male additur* Soteris dixit. 16 *eadem quaestio* 'Sorani' *ap. Or. lat. VI, 345 (ex Caelio!).* 17 ceptum *i. e.* captum, ceptum. 24 *excidit ante resp.* (Soteris dixit) *interrogationis formula.* 25 per (*sic*) *i. e.* puer.

Stiltica scilicet et quia resoluto sunt stomacho et facile
ıoventes aū. stalticam agoge, id est arbore, et strictiores
ibos, ut est orizia, aut ova apala, aut frigida, aut pane seli-
ine coctum, aut leporina carne vel perdicina, sed et macra
el ferarum silvestrium, vel intiba, et potio frigida. si nullus 5
it dolor, vinum stricticum, si nulla sit febris bibat.

44. Quemadmodum agende sunt septimo mense pre-
ıantes?

Cum omni patientia vel cautela. tunc enim sarcinā ventris
ıcile vexantur. cum mansuetudine quo forte faciendum est 10
ıede tempti ambulet in locis asperis leviter, neque in balneis
ricetur acrius, nec aliquid ageret qui possit vexare pregnate.
ı rebus venereis abstineat usque ad partum, maioribus de-
ıretum est, neque mammas aut pectus facit abtrictas ob-
ıiges. tunc enim intumescunt omnia membra quae laxamento 15
ıgent.

45. Quemadmodum octavum mensem observandus est?

Cum diligentia curae. quia est periculosus mensis. nam
ıeocito fetus turbantur, et turbulosus mensis turbati difficile
ıxtrahuntur, adeo ut hoc mensis aut nullus infans aut raro ali- 20
ıui possit evadere. denique uttales partus omopteicam greci
ıocant. crudus est enim hoc mense. partum ergo ut motu
ırca discrimine primo, et si cui multo pociones soluto amplius
ıcciperint proderit. etiam si venter forte nimius et quasi pro-
ıminens | suspende eam facies leviter abstrictis convenit haec (f. 159 a)
ıenerio et staltico convenit. constet ex eo facino oleo aut 26
ıyrtino fieri, ne forte rupturas aliquas venter ex ipsa tensione
ıustineat.

46. [Haec octavo mense

Omnia] solvenda sunt omnia ut supra diximus, ut facile 30
ıartus sedatur. encatisma magnentia, hoc est laxantia, bal-
ıeum frequenter et pessos adhibendos censeo, eos tamen qui
ıunt calastici id est de pinguedine anserum et medullis cer-
ıinis et recentia adipe porcino fiunt. hoc subtili et adhibi
ıos matricis, ut sepius tangantur, ut cum pondus supra scriptum 35
ıenerit possit locus aperire.

48. Quid est corion?

Membrana quae continent in vulva.

49. Quare dicitur corion?

Quod ex multis membranis confiet, sicuti corus non ex 40
ıuno nomine, sed ex pluribus nomen accepit.

28 sustineat. Haec oct. mense omnia... (*sic sine lac.*) *pro
ıova de nono mense interrogatione.* 31 sedetur *corr.* (*pro
ıedatur*).

1. Initium curae matricis quae fervorem habet aut duritiam aut declinationem aut vulnera ⟨aut⟩ quae difficilis sit ad purgandum. adhibes ergo encolpismum ⟨quem⟩ conficis sic. misces semen lini, faenum graecum, althaeam manipulos sin-
5 gulos, caricas numero quinque. coques donec sucus fiat. cui suco admisces sucum ptisanae et uteris per triduum. intermisso biduo conficis pessarium quod duritiam ⟨et⟩ fervorem et tumorem ⟨et⟩ constipationem tollat. conficitur autem sic. adipes gallinacios, adipem porcinum, adipem anserinum, me-
10 dullam cervinam, ceram albam, ceram punicam, tus masculum, masticen, oleum lentiscinum, oleum commune, cerussam, butyrum, has omnes species aequis ponderibus mittis et conficis pessarium et subicis.

2. alius pessus adhibendus eis quae legitime non purgan-
15 tur. opopanax, ruta viridis, myrra troglodytice, singularum specierum unciae singulae separatim teruntur et in unum miscentur. quibus admisces mellis limpidi quantum sufficit.

3. aliud pessarium relaxatorium, quod adhibetur post secundum grafarium. conficitur autem sic. ceram ÷ II et S,
20 adipes taurinos, oleum roseum ana ÷ II, terebintinam ÷ I et S, oesypum cerotum butyrum medullam cervinam ana ÷ I. tere, et utere. post haec reparata virtute purgari oportet antidoto theodoreto, et interiectis quindecim diebus picram accipiat eventu dextro per triduum. et sic adhibeantur ea quae men-
25 strua provocent, et reversa est purgatio tempore consueto.

2 aut *addidi*. 3 ergo: ergo síc. quem *addidi*. 4 Mixtis enim. altéa maptũ .ī. 5 ni s .v. e 7 qui. 12 hęc omnes. mittes et conficies p. et subicis. 14 Alii pessu adhibendum. Ei qui. 15 opupanax. Myrratroclitén. 16 uncias singulas. 18 alium...Quę. 19 grafadium. *cf.* gerafadium *infra 56 i. e.* grapharium (*ap. Oribas. lat. et Alex.*) = scripturam *vel* 'receptam'. 21 ysopum (*ut saepe*). 22 uteris. antidoto theodoreto *W. p. 97:* inetheodórico. 24 *eventu: vento.* 25 purgari.

In circuitu clausa ubi sedet mulier tamquam podiolam
matam, et habeat unde medicina accessura est, et aperta est
medietate sui opposita, quam | calidam continens, et tamen (f. 154 b)
nanus medicine non prohibere facilior gressus.

62. Quare duobus gravatos mulier habeat? 5

Quia unus utlibet stratus quo ante partum mulier si forte
it lassior recumbat, alter mollior stratus, ad hoc partus, ut se
artus liberaverit, possit mollius et salubriter quiescere.

63. Quem admodum ordinanda est quae incipiet parturire?

Supina debet iacere in lecto quae est durior clausis pedi- 10
ous, sed apertis renibus et femoribus. nomen principis adsidue
nominetur, rex aut imperator enim greci haec fingere dicimus,
ante rumpatur. cum enim proxima vis magnitudinis apertura
ecerit, tunc debet sedere in sella obsetricali, et ita debes
arere. quod si neglegentia vel inopia vel paupertate parientes 15
ella tale non fuerit, sedere debebit super femora mulieris
alle, vel ante partu ex aliqua iufirmitate, tunc etiam in gra-
ato solet foetus provocari.

64. Quid faciendum si forte foros supra scriptus est, qui
deo ipsi crepet ut librica locum faciat? 20

Hab per hoc faciliorem in tantum praebet lapsum. si ergo
nic multum arte crepaverit loca, tunc calastica tangat, ut ad
oc ipsum parata esse debebunt. sunt autem calasticae, in
quibus coctum est lini semen fenu grecu et herba altea quem
atinae eviscum dicimus, et his aqua calida foveant loca, et 25
i necesse fuerit, etiam infundi debebunt, ad faciliorem lapsum,
t ut supra scriptum est manibus calidis et mollibus lanis et
pressis in oleo dulci et calido leniori oportebit dolore, si in-
erdum etiam insucationibus eorundem locorum. erit a balneū
abstinenda, quia post balneum refrigescet sed vire minu- 30
antur.

65. . . .

Duae quae ex lateribus contineant, tertia vero retro, ne
forte victa doloribus corruat.

66. Quem admodum medica ad ea quae parturit debet ac- 35
cedere?

Si quidem facit, ac propter infirmitatem ut dixi sedere in
sella obsetricali possit, medicam lecto eius ubi illa iacet sedere
debebit, ut posset ambe manus facili offerre, cum necesse erit.
quod sibi sella per muliere sedebit, ante ipsa debebit accedere, 40
posito scabello humiliori multo quamque haec quae parturierit,
ita ut de superiore facilius extrahere possit infantem et reli-

32 *hic excidit iterum interrogatio.* 38 Medicam *etc. hic* (*ante posito quod semper* Soranus dix̄) *incipit* resp. in cod.

quias infantis, advertentes subinde vultu ne forte per verecundiam illa quae parturit difficiliorem fortitudinem tulerint. necessario enim pudorem conducitur trahis membra. |

(f 155 a) 66 a. In hoc ergo operis obsetricandi quae sunt servanda?
5 Solvende sunt scilicet ut omne quod cumque abstrictum fuit et alligatum fluat, ut totum corpus liberum ad connatione solutum illis partibus faciat laxamentum. sinistre vero manū digitū qui est circa pollicem diligenter exungulatū oleo dulci calido totum os matricis adsiduae in guyrum unguere et leviter
10 aperire, ut facilius propox hoc est folliculum possit habebit processu naturalem. verbis autem blandis suadere parturientem et rogare ut clamares iniquum retentione spiritus conetur, et dum sunt dolore una ex mulieribus quae adsunt spongiam oleo habentem postero corporis ponere, tenere pondus aliquod
15 modice. si tardius natura crepat, unguis convenit et aperiri, et staci ovi mensura inicere id est ex pinguedine anseris, et sub illis retentis facio. adsit autem obsetrix et levet, ne subito infans ruat. pericula est enim omnibus mulieribus ruina eius modi. sed ubi primum capud infantis exierit vel collum,
20 si confractionem prudenter aperire membrum mulierum et infantem educere parebit. si locus ipse cito claudit, tunc concludit si non est trahendus infans, sed leviter est observandus. convenit enim et medicam̄ vel cludentis vel aperientis se natura consentiant, ut sine ulla modestia partus possit impleri.
25 infans autem cum acceptus fuerit a medica, tradi altero opportebit supposito panno, ne lubrico ēi manus obsetricantis officiat. danda autem operā, aut ista cum infantē exientē secundae procedunt.

67. Cura obsetricis quid faciendum est si forte manserit?
30 Cum apertum os matricis, mittis sinistra manum insequentem intestinum illum in quo erat infans secundis, quod est inbilicus, et sic extrahis quod alienum est. quod si inheret matrici, paulatim huc quoque illuc blandiendo potius quam recipiendo temptabis extrahere. secundas autem cum medica
35 trahet, et parturiens debet conari, ut possit carere vim periculosa. dum haec fiunt, infantem aliqua de ministris teneat, non longe ne forte invilicum ille quem dixi aliqua ratione rumpatur, et ex sanguine facit infantem. quod si non potuerit secundae statim extrahi, quamvis in omnem rationem studiose
40 elaborandum, sic tamen ne male tractetur mulier ex valido tractu utendum est, hoc quae ad tumore pro illis partibus alienum careat.

28 pr. c. obstetricis. quid *etc. cod., ut non significetur interrogatio.* 30 *incipit resp. post* matricis. Soteria diī.

glodyticen ℞ II, terebintinam ʒ XVI, stafisagriae heminam I, mellis heminam I. commisce simul et utere.

19. pessus desiccatorius ad reumatizantem vulvam et ad omnem scabiem. recipit haec. stibium ℞ II, tus masculum ℞ III, plantaginis sucum accipies et pones. ad usum vero stibium et tus facto pulvere de suco plantaginis consparges, et siccet. et quando volueris uti, teres cum albore ovi et uteris.

20. pessus magnus ad vulnerationem matricis vel ad omnem scabiem nimium probabile. recipit haec. tus masculum, masticen, cerussam, ⟨galbanum⟩ ana ʒ IIII, ceram punicam ℞ VIIII, pomfolyga ℞ VIII. haec omnia teres sine pomfolyge, mittes vinum album modicum et teres, postea mittes pomfolyga et solves ceram ex oleo liliacio ÷ I. commisces et uteris.

21 (= *Leid.r 2*). pessus ad conceptionem mirificus experimentatus. recipit haec. spicam nardi, costum, folium, myrram ana ℞ II, amomum ʒ IIII, medullam cervinam, adipes anserinos ana ʒ VIII, ceram punicam ℞ III, oleum nardinum ʒ VIII, oleum roseum ʒ IIII. commisce et utere. sed istud fit ubi nimia fuerit defrigidatio.

22. pessus aromaticus ad eas quae non facile purgantur et ad duritiam et ad constrictionem matricis. adipes taurinos, oleum vetus, ceram punicam, oleum nardinum, terebintinam, medullam cervinam, sucum ysopi, butyrum ana ÷. solves haec omnia lento igne et mittes tus masculum ÷ I. et teres in mortario spumam argenti ÷ I, cerussam ÷ I, ita ut per se terantur cerussa et spuma argenti. postea in alio mortario inmisceantur omnia. teres simul et uteris.

23. pessus ad omnia vulnera et calefactiones et tumorem et dolorem matricis. recipit haec. ceram punicam, butyrum sine sale ana ℞ X, oesypum, sevum cervinum ana ʒ VIII, adipes anserinos ℞ IIII, oleum roseum quantum sufficit. facit autem ad dolorem lumborum et ad tumores et ad omnes infirmitates.

24. pessus ad omnes matricis infirmitates et vulnera.

1 Stafisagria emina .I. 4 Stybeo (*sic* = *gen.* stibeos?) 5 Ad usum vero alborę ovi. et utere. Stibeo et thus factum pulver de suco *etc.* 6 sciccet. quando 7 teres: tres. 9 Mastix. Cerussa. Gesbflgm. (*sic, ubi* galbanum *W. p. 170. cf. 142*). 11 Pomfoligo. pomfoligo. 12 mitte pomfoligo et s. cera et oleum liliacium. 13 uteres. 18 commisces. 19 defrigdacio (infrig. *W.*). 20 Qui. non facile: facile (*ante corr. qui* difficile). 23 *deest numerus post* ÷ 24 mittis. *26 inmiscatur.* 27 utere. 30 ysopum.

sevum taurinum, aeruginem campanam, resinam, ostrias ustulatas et in pulverem redactas ana ℞ I, adipem anserinum ℥ II, de malagranata sucum quantum sufficit. de his omnibus pessarium conficis et uteris.

25. pessus ad sanguinem provocandum. ficum pinguem ℞ VI, myrram ℥ VI, galbanum ℞ II, afronitrum ℞ III, mel ℞ II. teres in vino.

26. pessus ad declinationem et tumorem. crocum, oesypum ana ℥ II, medullam cervinam ℥ III, resinam terebintinam ℥ S, adipem anserinum, gelamina ovorum elixa ʒ I, oleum irinum et roseum aequis ponderibns. commisce et utere.

27. pessi aromatici ad duritias. resinam terebintinam ℥ II, ceram punicam ʒ VIII, oesypum, butyrum, crocum, medullam cervinam ana ʒ IIII, oleum rosacium ℞ III. adipem porcinum, nardum, pollinem faeni graeci ana ʒ I, cassiam, costum ana ℥ II. ceram tyrrenicam ʒ XX, oesypum, masticen, butyrum, medullam cervinam, adipem vitulinum, adipem anserinum ana ℥ VIII, oleum roseum ℞ IIII, crocum ℥ IIII, mellis ℞ II.

28. alius pessus malagmaticus. ceram tyrrenicam ℥ XX, adipem anserinum, oesypum ana ʒ VIII, medullam cervinam, crocum ana ʒ IIII, resinam terebintinam ʒ II, mellis cotylam I, oleum roseum quod sufficit.

29. pessarium ad menstrua provocanda. butyrum, resinam terebintinam, oleum roseum aequis ponderibus commisce et utere.

30. [ad menstrua provocanda. tunc optime deducis, si compositiones quae demonstrantur, suis temporibus dederis aut his diebus quibus purgari solita est. neque utile est semper potiones dari, sed subiectiones fieri aut excalfactiones et cataplasmata, ut remissionem corporis habeant, quo facilius medicaminis virtute proficiant. itaque si menstrua deducere vis, nitri flos pusillum et farinae mundae aliquid ex oleo in os

1 | Eruchiugine campanum (*sic*). ostrię ustulatę...redactę. 6 *hic* murra. afronitr(ia?) | *detrit.* 7 vinum. 8 oesypum (*Wolf*): ysopū *inter lin. add. corr.* 10 adipe anserini (*sic sine pond. nota*). geliamina. 11 commisces. 12 pessum aromatici (*singulos discrevi*). 13 ysopum. c̄c̄ (crocum). 15 *post* feni greci *verbum erasum* (*ubi* 'et melilotum' *legit Wolf. harm. p. 132. 182*). 16 ysopum. 17 *post* cervina *erasa apparent verba* resina terbentina. 21 ysopum. 27 *sequentia* 'ex Cleopatra' *dat Wolf. harm. p. 93 (cf. Cleop. cod. Hafn. f. 31*[b] *qui similia habet, non eadem*). *29 est: erit | est (sic).* 30 ex calfaccione. et cataplasmate.

83. Quid primum cibandus est infans, vel quo tempore?
Post horas tres vel quattuor, dum abscidit omnis turbatio orporis, quam | passum est, dum exibus matricis lapsus est. (f. 156 b)
84 (85). Qualem cibum primum debet accipere infans?
Illum cibum qui virtutem debeat nutriendi, et purgandi tercus stomachi, aut melle leviter coctum, quia crudu inflat. uod si nimium coctu erit abstringit. nam buturum recentem onvenit. sed et oleo et vino digito in os iniciunt, facile deglutire possit. nam et aqua tepida digitos stilletur.
85. Quid est secundus cibus infantis?
Lac.
86. Utrum matris an alterius?
Non matris, quia non est utile. est enim recens et indigestus. nam ex turbatione partis lac laborat, et spissum et difficile dirigitur.
87. Quod est optimum lac?
Candidum et sine ullo dolorem nec spissum. siccum probas supra unguem destillans gutta eius, et si fundat, bonum lac significat. (88.) reliquum lac matris utile est infanti, sed matris incommodum praestat. impeditur situs ēī si lactet.
89. Quae ergo nutrix requiratur?
Talis esse debeat ut valida mamma capita oblonga habens mediae mensurae molle. ne sint primi feti, adiavenis, pectore amplo, sana, casta quod est primo requirendum et munda circa infantem.
* Sola nutrix an et mater infantem debet interdum lactare?
Aliquanto tempore commune debet infans matris colostra sugere, ut parvo vel mense, ita et in commune (90) et in cibo vel potionibus amplius accipiat, sed quod stomachum coquere possit. primo autem nutrix mellacium bibat, et sic tenerus infans facilius digerit, nutrix autem aquosum bibat.

17 siccum = sic eum. 23 *sc.* at iuvenis. 27 matricis *ante corr.* 31 *post* bibat: Explī hb̄ .I. geneciae. Incipit liber .II. de causis matricis. id est de duritia. et de abstinentia menstruale. et de conceptu. Item liber expositus de vitiis quae mulieri proveniunt.

cerit et lac sugere incipiat, mulge et ex eo fac caseolum et in sinistro brachio in linteolo obligatum suspendito ut portet mulier. sed cum in balneum ire voluerit, domi illum munditer reponat. reliquis horis omnibus secum habeat.

41 (= *Leid.*^{r} *9+10*) (*cf.*^{v} *3—4*). mulier ut facile concipiat. myrtam viridem tunde et sucum eius in lana collige. et post coitum statim sibi subiciat, sed aqua se non abluat. et concipiet.

42. ut mulier concipiat. herbae artemisiae sucum cum myrra trita commisce et in lana collige. deinde statim post coitum subige, et concipiet. sed vide ne se sublevet.

omnia quae monstrantur tunc maxime ad effectum perveniunt, si tunc fient cum mulier menstruabitur.

43. pessarium emagogum. myrram ℞ I, aloen ʒ I, semen violae ʒ I, crocum ℞ II, castoreum ÷ I, butyrum et oleum nardinum. omnia teres et de nardino temperabis.

44 (= *Leid.*^{r} *3*). pessus conceptorius. adipes anserinos ÷ IIII, crocum, myrram, adipes gallinae, masticen, oleum cyprinum, ceram punicam, medullam cervinam, sucum ysopi, resinam terebintinam, adipes ursi, adipes leaenae ana ÷ II. haec omnia in vapore decoqui facito, et inde femina secrete ponat et viro misceatur.

45 (= *Leid.*^{r} *4*). pessus conceptorius ad tumorem et ad callositatem matricis et ad duritias. cerussam, medullam cervinam, ceram punicam, butyrum, oleum gleucinum et nardinum ana ÷ I, resinam terebintinam, masticen, tus masculum, spumam argenti aequis ponderibus. ut supra scripta sunt, quae sicca sunt tundis et cribellas et teris, et solvis supra dictas species, et uteris. permagnum est.

46. pessus malacticus ad duritias ⟨et⟩ ad declinationem matricis. ceram punicam ÷ I, adipes anserinos, medullam cervinam ana ÷ I et S, oesypum ℞ IIII.

47 (= *Leid.*^{r} *5*). pessarium conceptorium. medullam cervinam, resinam terebintinam, storacem, masticen, sucum ysopi,

2 obligatum: obliga. nunc (*sic*). 3 balneo. 7 abluat *Leid.*: sublavat (*sic*). 11 sublevet *Leid.*: subluat (abluat *W.*). 13 menstruabitur (*sic*) pessos. (*ubi* pessos *est pro titulo. sequuntur enim usque ad finem* Pessaria). 14 aloe. 16 nardo. 18 mastix. 20 adipes ursi *add. corr. vet. in marg.* 21 feminę secreta p. (feminę supponi *W.*, femina sibi supponat *Leid.*). 22 et concumbat *W. cum Leid.* 25 glaucinum. nardum. 26 mastice. 28 tundes et cribellas teres (*addidi et*) ...solves. 30 et *om. cod.* 32 ysopum. 34 storace. *mastix.*

CAELII AVRELIANI
EX
LIBRIS RESPONSIONVM DE MVLIEBRIBVS
FRAGMENTA.

[*cf. Cael. Aurel. chron. II, 28*:
item si eversio vel inclinatio fuerit matricis, eidem consequenter ordinata adhibebimus, sicut muliebrium passionum libris docuimus.
chron. V, 91:
sed de is quae in matrice generantur (collectionibus), libris quos de muliebribus vitiis conscripsimus responsionum docuimus, de ceteris vero nunc dicemus.
fuerunt enim ex Interrogationum ac responsionum libris ad Lucretium 'quibus omnem medicinam breviter dixi' (*ox. I, 2*) *qui*
de diaeticis passionibus (cel., tard. l. II) — *cf. Anecd. mea.*
de salutaribus praeceptis (III?) — *cf. ead. Anecd. et Cael. p. 107. 466.*
de adiutoriis (III) — *cf. Cael. p.* (*284*). *303. 315. 324.*
de medicaminibus (IV?) — *cf. Cael. p. 355. 373. 408. 440.*
de chirurgia (V?) — *cf. Cael. p. 352.* (*376*). *493.*
de muliebribus (VI?) — *cf. Cael.* (*ll. cc.*) *p. 353. 582.*
scripserat autem multo post (*Cael. p. 1. 284*) *etiam speciales alios libros et hypomnematicos*
de febribus (= celer. pass. l. I *perd.* 165. 170. 448, *cf. Muscio II, 24*).
celerum passionum (*cf. Sor. gyn. II, 25. 58*).
tardarum passionum (*cf. ib. II, 46 etc.*).
deinde
de adiutoriis (spec. *28. 184. cf. Sor. gyn. II, 28*).
de salutaribus praeceptis (*cf. Sor. gyn. I, 32. 40*).
de passionum causis (*p. 22, cf. Sor. gyn. I, 29. II, 57*).
(chirurgumena *Sor. gyn. I, 76*)
post quae omnia
de muliebribus (*Cael. p. 252. 298*).

I, 10 (*ed. meae*).

'Ex Genetia celii aureliani methodici siccensis'

(*ex cod. Lugd. Voss. lat. qu. 9 fol. ult.*^{o} *Hermes IV, 143*).

solum igitur aptum tempus conceptionis est menstruali purgatione declinante. relevata enim matrix fervorem retinet moderatum et humectationem modicam. rursum semen non potest adhaerere nisi asperitate matricis effecta, materiae lapsu fundo lacessito. ut enim in aegrotis dimissionis tempore cibus tenetur acceptus, inminente autem accessione, vel in ipsa, commoto vomitu effusus excluditur, non aliter semen firmiter teneri perspicitur purgationis fluore vergente. addimus praeterea appetentiam quoque veneream adesse veneri. sicut enim superceptus cibus non digeritur, sic semen invita matrice exceptum minime tenetur vel connaturatur, nisi feminae sitientes venerem sumpserint. licet enim quaedam violentia oppressae conceperint, illis tamen delectatio affuit animi celata iudicio. tempus ergo aptissimum conceptioni probatur quo veneris appetentia suis fuerit stimulis agitata, sed neque corpore gravato neque sucis solitis destituto. non est enim sufficiens sola cupiditas neque effectus veneris obtinetur, nisi corporis quoque aptissima fuerit habitudo.

I, 12

(*Oribas. lat. VI, 345.* De conceptu. Sorani auctoris).

Quare conceptus dicitur? ab eo quod captum teneat semen, veluti concaptio nuncupata.

I, 18

(*Oribas. lat. VI, 345*).

Discussuris praegnantibus aquatus humor vel tabidus aut sanguinolentus et veluti loturae carnis per matricem fertur, tunc inminenti casu sanguis purus, in ultimo etiam gelatus, nam Graeci thrombos appellant, vel carnis quidquam informe aut pro parte formatum iuxta temporis modum. plerisque autem gravedo ⟨lumborum⟩ atque ossuum dolor quae Graeci

4 asperitate: *sic cod.* (*E*^{2} *p. 77*). 12 violentia: A nolentia *absurde c* (*E*^{2} *p. 78*) *pro* vinolentia (*i. e.* violentia).

14 ergo (g̊) *c* (*E*^{2}). 17 neque: n̄..3 *c* (?). optinē *c*(?).
23 inminentia casus *c*. 25 aut in pro p. *c*. plerique *c*.
26 lumborum (*ὀσφύος*) *addidi*. ossuum *sic* (*pro* ossium

schia vocant, tunc clunum atque sub umbilico pubetenus et capitis et oculorum et articulorum omnium, stomachi adtestante dolore pungenti, tunc corporis totius frigidus torpor, defectio animi, aliquando cum horroribus febris aut singultus et spasmus et vocis amputatio. is autem quae nullo inpulsu voluntario discutiuntur antecedit, nt Hippocrates ait, mammarum abidus marcor ut deposita inflatione residere videantur sine ulla manifesta ratione, ut autem Diocles memorat, etiam femorum frigidus torpor atque gravedo insidens clunum, cum perfectus inminet partus.

I, 23

(*Oribas. lat. VI, 49*).

Post partum quae est diligentia adhibenda?

mox ut peperit, oportet spongiis aqua tepida expressis loca detergere. tunc iubenda est e cathedra celerius surgere ne frigore concepto matrix vexetur, aqua item ⟨tepida expressa⟩ mollis spongia sive lana aut latus pannus fibris sunt inponenda, ut lapsi fluores excipiantur. tunc clunum et pubetenus usque ad umbilicum lana munda loca sunt contegenda. at si forte aliqua fuerit secuta de partu quassatio, erunt oleo dulci calido lanae tingendae et sic locis dolentibus inponendae. quod si oleum non sit, axungia... pelles exsolatae sunt inponendae. locus vero in quo iaceat mediocriter calidus est eligendus. quam oportet iacere non iunctis femoribus, ut materia fluens... nec eius exitus arceatur. sed nec satis distantibus, ne frigore partes facile penetrentur. atque ita obstetrix iugiter demutatis pannis pudendorum foveat loca, adhibita requie et abstinentia cibi, ut in ceteris causis. et ut vires egerint est resumenda, tertia quoque die sessiones ex aqua tepida aut ex oleo et aqua fiant, et totum corpus oleo est perunguendum atque ita cibus digestibilis dandus. die vero quinta ad balneum convenit ire, et sic vini dare potionem et varios ac digestibiles cibos ministrare.

Neue I, 287). 1 *ἰσχία*: scian *c*. 3 pungendi *c*. 4 febres *c*. 5 his *c*. 7 inflammatione *c*. 14 aqua item ⟨tepida expressa?⟩ *c* (*i. e. Aa, ubi* atque ita *La*). 15 fimbris *c* (*cf. Cael. p. 251*). 19 d. sunt inp. *c*. 20 exungiae pellis exsallate sunt inp. *c*. 21 iacit *c*. 22 ut materia fluens ne eius exitus a. *c*. 24 atque ita (?): Adita *c*. 25 adhibita loca requiae *c*. 28 c. est digestib. *c*.

rinum vel caprinum cum rosa mixtum. danda etiam potio castoreum vel gitti et anetum. si vero vulva exulcerata est, cerotum ex rosa fiat et suilla recente axungia, et ovi albumen misceatur et sic adponatur, vel albumen de ovo cum rosacio
5 mixtum adiecto et rosae trito pulvere. aut suffimentum matrici fieri ex sulphure debet, tollit dolorem. aut si purgatio mulieri nocet, cucurbitae cute incisa inguinibus vel sub mammis adpositae iuvant. si vero maligna purgatio est, subicienda sunt medicamenta quae evocent sanguinem, costum puleium
10 violae albae apium nepeta et satureia et ysopum. in cibo quoque accipiat quae apta sunt, porrum rutam cyminum caepas sinape vel omne acrum olus. si vero sanguis qui ex inferiore parte erumpere solet, ex naribus eruperit, incisis inguinibus adponenda est cucurbita, idque per tres vel quattuor menses
15 ut tricesimo quoque die repetierit. tunc scias te hoc vitium sanasse. si vero non se sanguis ostenderit, scias ei dolorem capitis surgere. tunc ex brachio ei sanguis emittendus est, et statim curasti eam.

1 dandas *l*. 2 gitti *b*, gytti *l* (git *Plin.*). 3 cerotum *b*: tunc *l*. fiet *b*. et suilla *l*: et exuilla *b*. 5 mixto *bl*. 6 sulphore *b*, sulfore *l*. 7 inguinibus *l*: inuiribus *b*. 8 iuv(b *b*)at *bl*. maligna *l*: *om*. *b*. 9 sunt *b*: est *l*. costo *bl*. puleio *b* (-u *l*). 10 albo *b*. apius *b*: amplius *l*. nepta et *b*, nepita et *l*. et (*ante* ys.) *l*: *om*. *b*. incibū *l*: cibū *b*. 11 porro *l*. rutas *b*, -ta *l*. caepas *b*, cepas *l*. 12 se(ę *b*)nape *bl*. agrum *b*. inferiore *b*, -ri *l*. 13 si (*ante* ex) *rep*. *bl*. incinibus *l*. 14 vel *b*: aut *l*. 15 ut *om*. *bl*. sciat *l*. te *om*. *bl*. 16 ei dolore *b*, eis dolores *l*. 17 brachio eis s. *l*, brachiis s. *b*.

hoc modo succurrendum est]. convenit ergo aqua mulsa humorum crassitudinem tenuare destillatione frequenti. quod si forte infans fluentem humorem transvoraverit, quod necdum spuere valeat, erit eius lingua nostro digito deprimenda, ut commoto vomitu facile transvorata reiciat. 5

(*ib. VI, 53*).

Item Suranus auctor infantibus tussientibus ex nucleis pineis et amygdalis usque ad nidorem levi pruna tostis et lini semine ac suco glycyrizae et tragacanto cum melle confecto velut electuario usus est.

II, 1

(*Orib. lat. IV, 347*)

'ex alio auctore'.

Quibus menstrua non proveniunt vel morbo inpeditae matricis vel residui corporis, purgationis solito desertae videantur officio, necesse est eae patiantur clunum gravedinem aut tensionem vel dolorem pubetenus atque inguinum, sed et stomachi eversio fit per nausiam, tunc aurium tinnitus cum obtunsione visus et capitis gravedine vel dolore [simul et oculorum radices dolent], sed et fervor per ora insinuans ita ut igne perfundi se sentiant in vultu, cum venarum inflatione in occipitio atque radicum oculorum dolore, temptatis occurrente saepius ⟨et⟩ causa naturali ex qua purgatio negari videtur . . .

nunc quoniam communiter matrix afficitur, aliquando menstruali officio omnino negato, aliquotiens difficultate meatus inpedito, nam Graeci strangin catharsin vocant, dolore etiam comitante intestinorum tormenta concurrent et inguinum atque pubetenus cum pectine tensio cum umbilici parte, tunc etiam capitis atque cervicis cum maioribus nervis quos Graeci tenontas vocant, et oculorum et vertebrorum et femorum, cum mammarum inflatione, adtestante fastidio et ignito fervore cum siccitate muliebrium verendorum. quae omnia illo tempore corpus adficiunt quando feminae purgari solent.

3 dispueri v. *c.* 6 ex *om. c.* 7 levi pruni tostatis *c.* 8 glyrici *c.* 11 purgatione solita *c.* 12 eae: hii *c* 15 *haec ex praeced. fr. repetita videntur p. 347, 3.* 16 oras *c.* 18 temptati occurr. *c.* 19 videtur. Nunc *sine lac. c.* 21 negata . . . inpedita *c.* 22 stragin *c.* 23 concurrente *c.* 24 pectini *c.* cum u. parte *sic c.* 25 cum: et *c.*

II, 2

(*Oribas. lat. VI, 365*).

Inflammatio vel fervor cum tumore et rubore consist
quem Graeci flegmonen vocant, si in matrice fuerit ortus,
plurimis et variis causis consurgit. fit enim ex frequenti p
frictione, fit ex diversis laboribus, fit ex aborsu... solent
5 flammationes ex his consurgere et nullas inter se varias
diversas postulant curationes, sed una est omnibus diligen
adhibenda.

cum ergo in tumore fuerit matrix, aliqua communia p
titur signa, aliqua propria per quae partes singulae produn
10 quae patiuntur. aliquando ⟨enim⟩ tota tumescit matrix, a
quotiens pars eius probatur esse in tumore. communia igi
signa sunt inflammationis saltus, inflatio, duritia, fervor ignit
siccitas, tensio, gravedo vertebrorum, clunum, iliorum, sub u
bilico pubetenus, inguinum, femorum, tunc etiam cum rig
15 febres acutae, iactatio doloris... atque genuum stupor frigid
tunc et roscidus sudor, pulsus parvus creber, tunc consen
stomachi cum defectu ac solutione membrorum et cresce
passione singultus et cervicis dolor atque conligationis buccar
quas Greci siagonas vocant, tunc medii capitis quod breg
20 dicunt, et oculorum magis radicum, urinae inpedimentum
ventris egerendi difficultas aut utriusque. in peius vero in
dente passione et tumor ventris accedit et cum febre men
alienatio et inlisio dentium et contractio nervorum quod Gra
spasmon vocant.

II, 8

(*Oribas. lat. VI, 372*).

25 Scleria autem dicitur durus quidam tumor resistens tac
cum insensibilitate. quamvis enim vehementer inprimat
non facile tamen sentitur, sed torporem facit et sicut in isch
dica passione gradientibus vel sese inclinantibus dolor
movet clunum atque inguinum et sub umbilico pubetenus, cu
30 pondere quodam ad inferiora tendente. nam si in eius co
vel osculo duritia fuerit, ilia non inflantur nec sub umbil
pubetenus tenduntur, sed inmissis digitis resistens invenit
duritia.

1 Inflammationem vel fervorem *c.* 2 ex: quae ex *c.* 4 *quae seq. ap. Orib. lat., ex alio fonte admixto illata videntu* 5 nullam *c.* 10 quas *c.* enim *addidi.* 13 sub uml licu tenus *c.* 15 iactatio dolores tumor adque genuum *e c.* 20 radicum dolent, urinae *c.* 21 utrique *c.* 24 sp *smos c.* 26 cum sensib. *c.* 27 non *om. c.* sciatica

Stiltica scilicet et quia resoluto sunt stomacho et facile moventes aū. stalticam agoge, id est arbore, et strictiores cibos, ut est orizia, aut ova apala, aut frigida, aut pane seligine coctum, aut leporina carne vel perdicina, sed et macra vel ferarum silvestrium, vel intiba, et potio frigida. si nullus 5 sit dolor, vinum stricticum, si nulla sit febris bibat.

44. Quemadmodum agende sunt septimo mense pregnantes?

Cum omni patientia vel cautela. tunc enim sarcinā ventris facile vexantur. cum mansuetudine quo forte faciendum est 10 pede tempti ambulet in locis asperis leviter, neque in balneis fricetur acrius, nec aliquid ageret qui possit vexare pregnate. a rebus venereis abstineat usque ad partum, maioribus decretum est, neque mammas aut pectus facit abtrictas obsiges. tunc enim intumescunt omnia membra quae laxamento 15 egent.

45. Quemadmodum octavum mensem observandus est?

Cum diligentia curae. quia est periculosus mensis. nam incocito fetus turbantur, et turbulosus mensis turbati difficile extrahuntur, adeo ut hoc mensis aut nullus infans aut raro ali- 20 qui possit evadere. denique uttales partus omopteicam greci vocant. crudus est enim hoc mense. partum ergo ut motu circa discrimine primo, et si cui multo pociones soluto amplius acciperint proderit. etiam si venter forte nimius et quasi prominens | suspende eam facies leviter abstrictis convenit haec (f. 159 a) venerio et staltico convenit. constet ex eo facino oleo aut 26 myrtino fieri, ne forte rupturas aliquas venter ex ipsa tensione sustineat.

46. [Haec octavo mense

Omnia] solvenda sunt omnia ut supra diximus, ut facile 30 partus sedatur. encatisma magnentia, hoc est laxantia, balneum frequenter et pessos adhibendos censeo, eos tamen qui sunt calastici id est de pinguedine anserum et medullis cervinis et recentia adipe porcino fiunt. hoc subtili et adhibi hos matricis, ut sepius tangantur, ut cum pondus supra scriptum 35 venerit possit locus aperire.

48. Quid est corion?

Membrana quae continent in vulva.

49. Quare dicitur corion?

Quod ex multis membranis confiet, sicuti corus non ex 40 uno nomine, sed ex pluribus nomen accepit.

28 sustineat. Haec oct. mense omnia... (*sic sine lac.*) *pro nova de nono mense interrogatione.* 31 sedetur *corr.* (*pro* edatur).

50. Azyon quare dicitur?

Nomen traxit a vaso. sicuti enim avaso aperias et claudas quidquid intra se, ut in eo loco corion anguion dicitur, qui occultat infantem. similiter et anguia bene dicuntur eo quod
5 sanguinem occultet.

53. Unde constat corion?

De nervis et venis et arteriis. diversa sunt haec ratione venarum, sed participatione consimilis. venae enim plus sum (*sic*) sanguinis habent et minus spiritum. itaque laesa gluttinari
10 et sisti bis possunt.

(53.) Quo colore est corion?

Purpurizante.

54. Unde infans in utero edens?

Matrice inuilico, quam in modum stentini bene longum
15 matricis adiunguntur, inde cibum accipit. nam infantem in ventrem cibus eius sanguis est et movendi corporis animaque, non ore acceptnm, sed ut supradixi per intestinum inuilicare nutrit infantem, adeo ut recentes nati infantes stercus sanguineum aliquod diebus mittunt, dum haec lacte complectico
20 tere stercus mutet.

55. Quid est amnius?

Semen quod totum habet infantem. quae res efficit ut non noceatur in utero. nam et in aqua iacet, ut in pecoribus cottidie videmus. haec membra nulla tuitione infantis
25 habentur.

58. Quae signa sunt adventantis maturae partus.

In septimo mense sive nono vel decimo per pectine pondus sit, et circa ventre totum dolor levis et rubor inguinum tensura. matrix autem aperitur os eius. tunc molli digito tem-
30 ptantes occurrere, et paulatim quasi rotunditas quidam totum |
(f. 159 b) matricis os compleat.

(f. 154 a) 59. Unde cremantur utrum de timore aliquo sit dolor ante partu?

Quod sit de timore sit dolor, declausus os matricis et
35 siccus est. si vero de partu est, nec siccus nec clausus, sed currit humor.

66. Quae sunt praeparandae ad excipientium partum?

Oleum, aqua frigidā, calefactiones spongie mollis, lana munda, fasciola, cerotaria, et adhora sella obsetricalis, gra-
40 vata, dum oportuno.

61. Qualis est obsetricalis cathedra?

31 compleat. Si tamen pessarium ... *etc. quae sequuntur aliena. cf. supra ad qu. 29.* 33 partu quod sit (*sine interrog. vestigio*).

In circuitu clausa ubi sedet mulier tamquam podiolam lunatam, et habeat unde medicina accessura est, et aperta est a medietate sui opposita, quam | calidam continens, et tamen (f. 154 b) manus medicine non prohibere facilior gressus.

62. Quare duobus gravatos mulier habeat? 5

Quia unus utlibet stratus quo ante partum mulier si forte sit lassior recumbat, alter mollior stratus, ad hoc partus, ut se partus liberaverit, possit mollius et salubriter quiescere.

63. Quem admodum ordinanda est quae incipiet parturire?

Supina debet iacere in lecto quae est durior clausis pedi- 10 bus, sed apertis renibus et femoribus. nomen principis adsidue nominetur, rex aut imperator enim greci haec fingere dicimus, ante rumpatur. cum enim proxima vis magnitudinis apertura fecerit, tunc debet sedere in sella obsetricali, et ita debes parere. quod si neglegentia vel inopia vel paupertate parientes 15 sella tale non fuerit, sedere debebit super femora mulieris valle, vel ante partu ex aliqua infirmitate, tunc etiam in gravato solet foetus provocari.

64. Quid faciendum si forte foros supra scriptus est, qui ideo ipsi crepet ut librica locum faciat? 20

Hab per hoc faciliorem in tantum praebet lapsum. si ergo hic multum arte crepaverit loca, tunc calastica tangat, ut ad hoc ipsum parata esse debebunt. sunt autem calasticae, in quibus coctum est lini semen fenu grecu et herba altea quem latinae eviscum dicimus, et his aqua calida foveant loca, et 25 si necesse fuerit, etiam infundi debebunt, ad faciliorem lapsum, et ut supra scriptum est manibus calidis et mollibus lanis et pressis in oleo dulci et calido leniori oportebit dolore, si interdum etiam insucationibus eorundem locorum. erit a balneū abstinenda, quia post balneum refrigescet sed vire minu- 30 untur.

65. . . .

Duae quae ex lateribus contineant, tertia vero retro, ne forte victa doloribus corruat.

66. Quem admodum medica ad ea quae parturit debet ac- 35 cedere?

Si quidem facit, ac propter infirmitatem ut dixi sedere in sella obsetricali possit, medicam lecto eius ubi illa iacet sedere debebit, ut posset ambe manus facili offerre, cum necesse erit. quod sibi sella per muliere sedebit, ante ipsa debebit accedere, 40 posito scabello humiliori multo quamque haec quae parturierit, ita ut de superiore facilius extrahere possit infantem et reli-

32 *hic excidit iterum interrogatio.* 38 Medicam *etc. hic* (*ante posito quod semper* Soranus dix̄) incipit resp. in cod.

quias infantis, advertentes subinde vultu ne forte per verecundiam illa quae parturit difficiliorem fortitudinem tulerint. necessario enim pudorem conducitur trahis membra. |

(f 155 a) 66 a. In hoc ergo operis obsetricandi quae sunt servanda?
5 Solvende sunt scilicet ut omne quod cumque abstrictum fuit et alligatum fluat, ut totum corpus liberum ad connatione solutum illis partibus faciat laxamentum. sinistre vero manū digitū qui est circa pollicem diligenter exungulatū oleo dulci calido totum os matricis adsiduae in guyrum unguere et leviter
10 aperire, ut facilius propox hoc est folliculum possit habebit processu naturalem. verbis autem blandis suadere parturientem et rogare ut clamares iniquum retentione spiritus conetur, et dum sunt dolore una ex mulieribus quae adsunt spongiam oleo habentem postero corporis ponere, tenere pondus aliquod
15 modice. si tardius natura crepat, unguis convenit et aperiri, et staci ovi mensura inicere id est ex pinguedine anseris, et sub illis retentis facio. adsit autem obsetrix et levet, ne subito infans ruat. pericula est enim omnibus mulieribus ruina eius modi. sed ubi primum capud infantis exierit vel collum,
20 si confractionem prudenter aperire membrum mulierum et infantem educere parebit. si locus ipse cito claudit, tunc concludit si non est trahendus infans, sed leviter est observandus. convenit enim et medicam̄ vel cludentis vel aperientis se natura consentiant, ut sine ulla modestia partus possit impleri.
25 infans autem cum acceptus fuerit a medica, tradi altero opportebit supposito panno, ne lubrico ēi manus obsetricantis officiat. danda autem operā, aut ista cum infantē exientē secundae procedunt.

67. Cura obsetricis quid faciendum est si forte manserit?
30 Cum apertum os matricis, mittis sinistra manum insequentem intestinum illum in quo erat infans secundis, quod est inbilicus, et sic extrahis quod alienum est. quod si inheret matrici, paulatim huc quoque illuc blandiendo potius quam recipiendo temptabis extrahere. secundas autem cum medica
35 trahet, et parturiens debet conari, ut possit carere vim periculosa. dum haec fiunt, infantem aliqua de ministris teneat, non longe ne forte invilicum ille quem dixi aliqua ratione rumpatur, et ex sanguine facit infantem. quod si non potuerit secundae statim extrahi, quamvis in omnem rationem studiose
40 elaborandum, sic tamen ne male tractetur mulier ex valido tractu utendum est, hoc quae ad tumore pro illis partibus alienum careat.

28 pr. c. obstetricis. quid *etc. cod., ut non significetur interrogatio.* 30 *incipit resp.* post matricis. Soteria diī.

(68.) Veteres iusserunt his quibus secundae manserunt adhibeant quae sternutum commovent inici naribus, et potiones quae possunt sanguinem moveri, et pessaria laxativa, quae modo servanda est post sublate sanguine.

69. . . . 5

Spongiis vestimenda est locis, et tacere debebit in loco calido modicis apertis femoribus ut aliena abici possint. supra pectinem autem et loca muliebria oleo dulci adsidue foveri, et coperiri candida molli et pannum vel lana plena oleo et vino his partibus adhibere, et colopidiari autem debet per locum 10 muliebrem, et clipsterium plenum infundere cum cautela magna. nam medica inprudens ventum incitat mulieri, quod hoc modo caveri solet ut semel quod presserit clistere totum permittat solvere ventum. quod si plus clistere praematur, haec nihil molestia fuerit, quod raro accidit. unguenda est oleo calido, 15 et fovenda ex aqua calida, aut pulticula aut ova sorbilia. post duos autem diatritos id est sexta die, si nihil non advenerit, balneum utendum et varios cibos et vinum bonum subaquatum.

* Quae adhibenda sunt ut menstrua purgentur?

Calasticis, cibis et potionibus calidis, id est puleio, ut 20 vessica commota matricem non irritet, et quippe in vicino loco posita, ideoque calasticis rebus utatur.

70. Unde scire poterimus quod sufficienter facta est purgatio?

Ex eo scilicet quod primum parum sanguinem posteo faci- 25 libus similis et fluxus humoribus similem.

71. Quibus utimur ad scissuras ventris, quis faciet grande pondus uteri, forte geminorum vel amplius?

Cerotum utendum statim post partum, id est oleum roseum, cerussa, spuma argenti, et alumen scissu, et leviter fasciare 30 super lana.

(72) 73. Quomodo mammas curamus qui ex habundantia lactis intumescunt?

In primo quidem ponito dactilos cum pane et pusca tritis. quod si penitus volumus lac exsiccare alumine et folia cori- 35 andri ℞ I et sinopide. quod sit humor erit ingens et ardor et dolor venerit, oleo dulci calido foveat et farina et pane mundum vel farina feni greci et lini seminis calefactio spongiis bene calentibus bene siccato ponito. cum declinatio esse ceperit, et cerotario simplici observandus est. 40

5 *hic quoque abest interrog. ante* Soranus dix̄ Spongiis *etc.* 11 *de clysterio haec desunt in textu Muscionis.* 19 *haec qu. non extat apud Muscionem.* 25 facilibus i. e. faecibus.

75. . . .

. . . cum in tumore venerit mammae, ne quid acre ut ipsis adhibeatur vel potione detur. si erit dolor, calasticis liniatur.

76. Unde intelligimus eum qui nascuntur. validum futurum
5 et vitalis spei?

(f. 156 a) Ex eo quod mater eius toto | pregnationis tempore sana fuerit ad pariendum, et infans omnibus membris integer habeatur et omnis meatos apertos. et sic intellegitur, si vox ēi valida sit, et si titillationes intellegere pipulo suo ostendat.

10 77. Qui sunt nascentibus mensis?

Decimus, in secundo autem ordine septeno. nam qui octavo mense nascuntur, raro evadunt, aut numquam evadunt.

78. Quomodo abscidendus est umbilicus?

Mensura quantum quattuor digiti relinquendi sunt, et sic
15 praecidatur praecidendum scalpello. nam reliquae incisionis qui fiunt ex ligamentis inportune sunt. nam cito faciunt tumorem. nam ubi amputatus fuerit umbilicus, si quid sanguis ex eo remanserit exprimitur. et prope ventrem infantis lana tortam aut acacia ligandus est umbilicus, ut illi quattuor digiti
20 quae diximus extra ligatum maneant, et sic pars illa siccetur. quod etiam non omnes exierint secundae et in matre remanserint, tamen praecidendus est umbilicus ita ut diximus.

79. Quibus rebus infanti cutes tota cura data est, quae necesse est humida esse lubrica?

25 De vino cydemoriam, quidam etiam de murta trita et gallis similiter tusis. nam salem solum sufficit, quia eum constringit, et sale diligenter cribro medicinali trito perfricari leviter, ne molestia sustineat. (80.) postea aqua tepida fovendus est infans, si validus est. si delicatus est, melli et feni greci suco
30 detergendus, et in aqua calida abluendus. oculos sane eius oleo dulci infundendus. cum omni ratione abstergendus. caliginis causa super umbilico sane usque dum floccet, oleum calidum ponat. (81.) et post haec a sparganis alligandus est. sunt autem spargani panni ab hoc facti, qui possunt corpus
35 ligare. et super fasciare, et urina admittat vel stercus, femora et pedes eius involvendi sunt.

82. Quali loco nutriendus est infans?

In mediocri loco calido et nullo odore malo habentem et multum lumen. instratum autem pluma esse debebit, nec
40 nimium mollis stratu. nec spina eius aut cervis cedentibus plumis aliqua ratione aut torqueatur aut fiat infirmus. ne nimium dura sit stratura, ne forte per negligentia de pluma excidat. sane capud modice altius quam cetera membra sit.

1 excidit interrogatio.

83. Quid primum cibandus est infans, vel quo tempore?
Post horas tres vel quattuor, dum abscidit omnis turbatio corporis, quam | passum est, dum exibus matricis lapsus est. (f. 156 b)
84 (85). Qualem cibum primum debet accipere infans?
Illum cibum qui virtutem debeat nutriendi, et purgandi stercus stomachi, aut melle leviter coctum, quia crudu inflat. quod si nimium coctu erit abstringit. nam buturum recentem convenit. sed et oleo et vino digito in os iniciunt, facile deglutire possit. nam et aqua tepida digitos stilletur.
85. Quid est secundus cibus infantis?
Lac.
86. Utrum matris an alterius?
Non matris, quia non est utile. est enim recens et indigestus. nam ex turbatione partis lac laborat, et spissum et difficile dirigitur.
87. Quod est optimum lac?
Candidum et sine ullo dolorem nec spissum. siccum probas supra unguem destillans gutta eius, et si fundat, bonum lac significat. (88.) reliquum lac matris utile est infanti, sed matris incommodum praestat. impeditur situs ēī si lactet.
89. Quae ergo nutrix requiratur?
Talis esse debeat ut valida mamma capita oblonga habens mediae mensurae molle. ne sint primi feti, adiavenis, pectore amplo, sana, casta quod est primo requirendum et munda circa infantem.
* Sola nutrix an et mater infantem debet interdum lactare?
Aliquanto tempore commune debet infans matris colostra sugere, ut parvo vel mense, ita et in commune (90) et in cibo vel potionibus amplius accipiat, sed quod stomachum coquere possit. primo autem nutrix mellacium bibat, et sic tenerus infans facilius digerit, nutrix autem aquosum bibat.

17 siccum = sic eum. 23 *sc.* at iuvenis. 27 matricis *ante corr.* 31 *post* bibat: Expl̄i lib̄ .I. geneciae. Incipit liber .II. de causis matricis. id est de duritia. et de abstinentia menstruale. et de conceptu. Item liber expositus de vitiis quae mulieri proveniunt.

INDEX.

adhora 60.
sine **confractione** (= sine quassatione *M*) 66ª.
crepare (*crever*): natura crepat 66ª. loca crepaverint 64. *ita Escol.* vena crepat *f. 21 a. b.* (*Anecd. II, 234 not.*) *cf. fragm.* de sanguinem reicientibus *in cod. Aug. f. 115ᵇ, ib.* vulnus vel crepatio *f. 117ª. Oribas. lat. VI, 305* loca quae crepuerint.
encolpizare (colopidiare *cod.*) 69.
exungulato (diligenter digito) 66ª.
floccet (flaccet?) 80.
gravata duo 60. duos gravatos 62. in gravato 63 (= lecto *M., cf.* 63).
insucationes (*i. e.* enchymatismi) 64 (= sucis inrigare *M.*).
mamma (*non* dida) 36. 72.
medica (= obsetrix *M.*) 61. 66. 66ª *bis.* 67. 69 (*sed etiam* obsetrix 66ª. 67. obsetricalis sella 60. 63. 66. opus obsetricandi 66ª. manus obsetricantis *ib.*).
nam (= autem) 77. 78. 79. 84.
observare *prf.* 45.
pipulus (*clamantis infantis* = vox *M.*) 76.
podiolum (-la?) lunatum 61.
posterum corporis (= anus *M.*) 66ª.
propox (?) hoc est folliculus 66ª.
reliquiae (= secundae *M.*) 66.
salemoria (= cydemoria?) 79.
sarcina ventris (= nimia gestatio *M.*) 44.
scabellum (= humilior sella *M.*) 66.
spargana (= fasciae *M.*) 81.
stratura (= stratum *ib.*) 82.
titillationes 76.
turbulosus 45.

CAELII AVRELIANI
EX
LIBRIS RESPONSIONVM DE MVLIEBRIBVS
FRAGMENTA.

[*cf. Cael. Aurel. chron. II, 28*:
item si eversio vel inclinatio fuerit matricis, eidem consequenter ordinata adhibebimus, sicut muliebrium passionum libris docuimus.
chron. V, 91:
sed de is quae in matrice generantur (collectionibus), libris quos de muliebribus vitiis conscripsimus responsionum docuimus, de ceteris vero nunc dicemus.
fuerunt enim ex Interrogationum ac responsionum libris ad Lucretium 'quibus omnem medicinam breviter dixi' (*ox. I, 2*)
qui
de diaeticis passionibus (cel., tard. I. II) — *cf. Anecd. mea.*
de salutaribus praeceptis (III?) — *cf. ead. Anecd. et Cael. p. 107. 466.*
de adiutoriis (III) — *cf. Cael. p.* (*284*). *303. 315. 324.*
de medicaminibus (IV?) — *cf. Cael. p. 355. 373. 408. 440.*
de chirurgia (V?) — *cf. Cael. p. 352.* (*376*). *493.*
de muliebribus (VI?) — *cf. Cael.* (*ll. cc.*) *p. 353. 582.*
scripserat autem multo post (*Cael. p. 1. 284*) *etiam speciales alios libros et hypomnematicos*
de febribus (= celer. pass. l. I *perd.* 165. 170. 448, *cf. Muscio II, 24*).
celerum passionum (*cf. Sor. gyn. II, 25. 58*).
tardarum passionum (*cf. ib. II, 46 etc.*).
deinde
de adiutoriis (spec. *28. 184. cf. Sor. gyn. II, 28*).
de salutaribus praeceptis (*cf. Sor. gyn. I, 32. 40*).
de passionum causis (*p. 22, cf. Sor. gyn. I, 29. II, 57*).
(chirurgumena *Sor. gyn. I, 76*)
post quae omnia
de muliebribus (*Cael. p. 252. 298*).

I, 10 (*ed. meae*).

'Ex Genetia celii aureliani methodici siccensis'

(*ex cod. Lugd. Voss. lat. qu. 9 fol. ult.*[v] *Hermes IV, 143*).

solum igitur aptum tempus conceptionis est menstruali purgatione declinante. relevata enim matrix fervorem retinet moderatum et humectationem modicam. rursum semen non potest adhaerere nisi asperitate matricis effecta, materiae lapsu fundo lacessito. ut enim in aegrotis dimissionis tempore cibus tenetur acceptus, inminente autem accessione, vel in ipsa, commoto vomitu effusus excluditur, non aliter semen firmiter teneri perspicitur purgationis fluore vergente. addimus praeterea appetentiam quoque veneream adesse veneri. sicut enim superceptus cibus non digeritur, sic semen invita matrice exceptum minime tenetur vel connaturatur, nisi feminae sitientes venerem sumpserint. licet enim quaedam violentia oppressae conceperint, illis tamen delectatio affuit animi celata iudicio. tempus ergo aptissimum conceptioni probatur quo veneris appetentia suis fuerit stimulis agitata, sed neque corpore gravato neque sucis solitis destituto. non est enim sufficiens sola cupiditas neque effectus veneris obtinetur, nisi corporis quoque aptissima fuerit habitudo.

I, 12

(*Oribas. lat. VI, 345.* De conceptu. Sorani auctoris).

Quare conceptus dicitur? ab eo quod captum teneat semen, veluti concaptio nuncupata.

I, 18

(*Oribas. lat. VI, 345*).

Discussuris praegnantibus aquatus humor vel tabidus aut sanguinolentus et veluti loturae carnis per matricem fertur, tunc inminenti casu sanguis purus, in ultimo etiam gelatus, nam Graeci thrombos appellant, vel carnis quidquam informe aut pro parte formatum iuxta temporis modum. plerisque autem gravedo ⟨lumborum⟩ atque ossuum dolor quae Graeci

4 asperitate: *sic cod.* (*E*[2] *p. 77*). 12 violentia: A nolentia *absurde c* (*E*[2] *p. 78*) *pro* vinolentia (*i. e.* violentia).

14 ergo (g̊) *c* (*E*[2]). 17 neque: n̄..3 *c* (?). optinē *c*(?). *23 inminentia* casus *c.* 25 aut in pro p. *c.* plerique *c.* *26 lumborum* (*ὀσφύος*) *addidi.* ossuum sic (pro ossium

ischia vocant, tunc clunum atque sub umbilico pubetenus et capitis et oculorum et articulorum omnium, stomachi adtestante dolore pungenti, tunc corporis totius frigidus torpor, defectio animi, aliquando cum horroribus febris aut singultus et spasmus et vocis amputatio. is autem quae nullo inpulsu voluntario discutiuntur antecedit, nt Hippocrates ait, mammarum tabidus marcor ut deposita inflatione residere videantur sine ulla manifesta ratione, ut autem Diocles memorat, etiam femorum frigidus torpor atque gravedo insidens clunum, cum perfectus inminet partus.

I, 23

(*Oribas. lat. VI, 49*).

Post partum quae est diligentia adhibenda?

mox ut peperit, oportet spongiis aqua tepida expressis loca detergere. tunc iubenda est e cathedra celerius surgere ne frigore concepto matrix vexetur, aqua item ⟨tepida expressa⟩ mollis spongia sive lana aut latus pannus fibris sunt inponenda, ut lapsi fluores excipiantur. tunc clunum et pubetenus usque ad umbilicum lana munda loca sunt contegenda. at si forte aliqua fuerit secuta de partu quassatio, erunt oleo dulci calido lanae tingendae et sic locis dolentibus inponendae. quod si oleum non sit, axungia... pelles exsolatae sunt inponendae. locus vero in quo iaceat mediocriter calidus est eligendus. quam oportet iacere non iunctis femoribus, ut materia fluens... nec eius exitus arceatur. sed nec satis distantibus, ne frigore partes facile penetrentur. atque ita obstetrix iugiter demutatis pannis pudendorum foveat loca, adhibita requie et abstinentia cibi, ut in ceteris causis. et ut vires egerint est resumenda, tertia quoque die sessiones ex aqua tepida aut ex oleo et aqua fiant, et totum corpus oleo est perunguendum atque ita cibus digestibilis dandus. die vero quinta ad balneum convenit ire, et sic vini dare potionem et varios ac digestibiles cibos ministrare.

Neue I, 287). 1 *ἰσχία*: scian *c*. 3 pungendi *c*. 4 febres *c*. 5 his *c*. 7 inflammatione *c*. 14 aqua item ⟨tepida expressa?⟩ *c* (*i. e. Aa, ubi* atque ita *La*). 15 fimbris *c* (*cf. Cael. p. 251*). 19 d. sunt inp. *c*. 20 exungiae pellis exsallate sunt inp. *c*. 21 iacit *c*. 22 ut materia fluens ne eius exitus a. *c*. 24 atque ita (?): Adita *c*. 25 adhibita loca requiae *c*. 28 c. est digestib. *c*.

I, 24

(*Oribas. lat. VI, 49*).

. . . nunc quoniam plerumque ventris tegmina, quod Graeci epigastrion vocant, uteri distentione rumpuntur, non est alienum transactis primis diebus cerotaria ventri adponere ex oleo roseo confecta, admixta cerussa et spuma argenti et alumine
5 rotundo, tunc mediocriter inpressis fasciolarum cingulis adligare.

I, 25

(*Oribas. lat. VI, 50*).

Si mammae post partum ingesto lacte inturgescant, quod Graeci spargisin vocant?

novo pondere lactis gravatae mammae primo turgescunt, deinde dolore accedente atque fervore tenduntur.

I, 43

(*Oribas. lat. VI, 54*).

10 Ad tumorem faucium infantibus utimur mulsa instillantes in ore et ptisanae suco, a foris cum lanis involvimus.

I, 45

(*Oribas. lat. VI, 237. cf. 56*).

Siriasin qui patitur tumet ⟨anterior⟩ pars cerebri quam Graeci bregma vocant. fit cavitas oculorum cum pallore corporis et siccitate, adtestante fastidio.

I, 47

(*Oribas. lat. VI, 54*).

15 [Ad fragosum rugitum faucium, quod Graeci rogmon appellant, ex fluore vel congestione flegmatis venientem rugitum dantis, in faucibus infantum ex humoribus tenacibus consistentis,

1 *post* ministrare (*sup. fragm. finito*) *continuo sic pergitur:* Numquam plerumque ventris tygmena quod Gr. *etc.* 2 *post* vocant *recentiore vocabulo et non Caeliano addit cod. La* (*i. e. recentioris versionis alterius auctor*) nos subventralem dicimus. utire distinccione *c.* 7 vocant, novo... *c.* 11 sucus *c.* cum lanas *c.* 12 anterior *ex altero loco addidi p. 56.* 15 *De fragoso* rugitum *c.* 16 et r. dantes *c.* 17 ex humoris *tenaces consistentes c.*

hoc modo succurrendum est]. convenit ergo aqua mulsa humorum crassitudinem tenuare destillatione frequenti. quod si forte infans fluentem humorem transvoraverit, quod necdum spuere valeat, erit eius lingua nostro digito deprimenda, ut commoto vomitu facile transvorata reiciat. 5

(*ib. VI, 53*).

Item Suranus auctor infantibus tussientibus ex nucleis pineis et amygdalis usque ad nidorem levi pruna tostis et lini semine ac suco glycyrizae et tragacanto cum melle confecto velut electuario usus est.

II, 1

(*Orib. lat. IV, 347*)

'ex alio auctore'.

Quibus menstrua non proveniunt vel morbo inpeditae matricis vel residui corporis, purgationis solito desertae videantur officio, necesse est eae patiantur clunum gravedinem aut tensionem vel dolorem pubetenus atque inguinum, sed et stomachi eversio fit per nausiam, tunc aurium tinnitus cum obtunsione visus et capitis gravedine vel dolore [simul et oculorum radices dolent], sed et fervor per ora insinuans ita ut igne perfundi se sentiant in vultu, cum venarum inflatione in occipitio atque radicum oculorum dolore, temptatis occurrente saepius ⟨et⟩ causa naturali ex qua purgatio negari videtur . . .

nunc quoniam communiter matrix afficitur, aliquando menstruali officio omnino negato, aliquotiens difficultate meatus inpedito, nam Graeci strangin catharsin vocant, dolore etiam comitante intestinorum tormenta concurrent et inguinum atque pubetenus cum pectine tensio cum umbilici parte, tunc etiam capitis atque cervicis cum maioribus nervis quos Graeci tenontas vocant, et oculorum et vertebrorum et femorum, cum mammarum inflatione, adtestante fastidio et ignito fervore cum siccitate muliebrium verendorum. quae omnia illo tempore corpus adficiunt quando feminae purgari solent.

3 dispueri v. *c.* 6 ex *om. c.* 7 levi pruni tostatis *c.* 8 glyrici *c.* 11 purgatione solita *c.* 12 eae: hii *c* 15 *haec ex praeced. fr. repetita videntur p. 347, 3.* 16 oras *c.* 18 temptati occurr. *c.* 19 videtur. Nunc *sine lac. c.* 21 negata . . . inpedita *c.* 22 stragin *c.* 23 concurrente *c.* 24 pectini *c.* cum u. parte *sic c.* 25 cum: et *c.*

II, 2

(*Oribas. lat. VI, 365*).

Inflammatio vel fervor cum tumore et rubore consistens quem Graeci flegmonen vocant, si in matrice fuerit ortus, ex plurimis et variis causis consurgit. fit enim ex frequenti perfrictione, fit ex diversis laboribus, fit ex aborsu... solent in-
5 flammationes ex his consurgere et nullas inter se varias vel diversas postulant curationes, sed una est omnibus diligentia adhibenda.

cum ergo in tumore fuerit matrix, aliqua communia patitur signa, aliqua propria per quae partes singulae produntur
10 quae patiuntur. aliquando ⟨enim⟩ tota tumescit matrix, aliquotiens pars eius probatur esse in tumore. communia igitur signa sunt inflammationis saltus, inflatio, duritia, fervor ignitus, siccitas, tensio, gravedo vertebrorum, clunum, iliorum, sub umbilico pubetenus, inguinum, femorum, tunc etiam cum rigore
15 febres acutae, iactatio doloris... atque genuum stupor frigidus, tunc et roscidus sudor, pulsus parvus creber, tunc consensus stomachi cum defectu ac solutione membrorum et crescente passione singultus et cervicis dolor atque conligationis buccarum quas Greci siagonas vocant, tunc medii capitis quod bregma
20 dicunt, et oculorum magis radicum, urinae inpedimentum et ventris egerendi difficultas aut utriusque. in peius vero incidente passione et tumor ventris accedit et cum febre mentis alienatio et inlisio dentium et contractio nervorum quod Graeci spasmon vocant.

II, 8

(*Oribas. lat. VI, 372*).

25 Scleria autem dicitur durus quidam tumor resistens tactui cum insensibilitate. quamvis enim vehementer inprimatur, non facile tamen sentitur, sed torporem facit et sicut in ischiadica passione gradientibus vel sese inclinantibus dolorem movet clunum atque inguinum et sub umbilico pubetenus, cum
30 pondere quodam ad inferiora tendente. nam si in eius collo vel osculo duritia fuerit, ilia non inflantur nec sub umbilico pubetenus tenduntur, sed inmissis digitis resistens invenitur duritia.

1 Inflammationem vel fervorem *c.* 2 ex: quae ex *c.* 4 *quae seq. ap. Orib. lat., ex alio fonte admixto illata videntur.* 5 nullam *c.* 10 quas *c.* enim *addidi.* 13 sub umbilicu tenus *c.* 15 iactatio dolores tumor adque genuum *etc. c.* *20* radicum dolent, urinae *c.* 21 utrique *c.* 24 spa*smos c.* *26* cum sensib. *c.* 27 non om. c. sciatica *c.*

micas panis) *b* 130, *ubi* pane assum (panosum *h*) hoc est micinas *lh*.

